Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Francke Johann Georg Abicht

Abyssvs Mysteriorvm Et Beneficiorvm : Ductu tn aamim Retecta S. Nova Sed Vera Et Orthodoxa Interpretatio Oraculi Esaiani Cap. IX. v. 5. : Qua Docetur, Duo Maxima Christianismi Mysteria Nempe Christi theanthropou Et S. S. Trinitatis, Uno Hoc Pasuco Indicari$dIterum Edita Et Vindicata Ab Objectionibus Dn. D. Joh. Georg. Abichtii ... ; A Joh. Frank, Meklenb.

Neo-Brandenburgi: Literis Dobberthinianis, Anno MDCCXXIV.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358

Druck Freier Zugang

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0001
DFG

KTE A 03.1-3

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0005
DFG

ABYSSVS MYSTERIORVM ET BENEFICIORVM

DUCTU יהוה מעמים RETECTA

S.

NOVA SED VERA ET ORTHODOXA INTERPRETATIO ORACULI ESAIANI CAP. IX. v. 5.

QUA DOCETUR, DUO MAXIMA CHRISTIANISMI MYSTERIA

NEMPE

CHRISTI Θεανθρώπου ET S. S. TRINITATIS, UNO HOC PASUCO INDICARI,

ITERUM EDITA ET VINDICATA AB OBJECTIONIBUS

DN. D. JOH. GEORG. ABICHTII, TUNC S. L. PROFESS. PUBL. IN ACADEMIA LIPSIENSI,

A

JOH. FRANK,

MEKLENB.

NEO-BRANDENBURGI,
Literis DOBBERTHINIANIS, Anno MDCCXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0007
DFG

DEO

UNI ET TRINO

OMNIS BONI

ATQUE

CHRISTO

Θεανθρώπῳ

ÆTERNÆ SALUTIS ET PACIS VERÆ

AUCTORI.

S.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0008
DFG

JESU FELICITER
MODERANTE!

§. I.

NOn exigua pars humanæ infelicitatis, dicam, an perverſitatis eſt ſpecioſa magis & lucroſa quærere, quam ſolida & utilia. Per omnes partes humanæ vitæ & ipſius Chriſtianiſmi hoc malum ſerpit. Quid in Politicis fiat, explicat Koheleth c. IX. v. 15., ubi B. Geierus recte ſcribit: *Sæpe Theſaurus pretioſiſſimus a nemine attenditur.* Utinam non etiam ex Philologia & ipſa Theologia illius exempla adduci poſſent! Quid utilius interpunctione Ebræa? Quid vero etiam magis ab incautis negligitur, vel a ſuperbis (præcipue Criticis iſtis) contemnitur? Dum multas verſiones, Commentarios, Poſtillas & quid non? ſcribimus & emimus, hæc puncta, quæ illorum omnium norma & fundamentum eſſe debebant, negliguntur ab illis, qui quantus Theſaurus ſub hoc pulvere lateat, neſciunt. Alii humanæ ſapientiæ pompas & pictas eruditionis phaleras præ non fucata hac ac ſimplici veritate mirantur. Quid ergo mirum, ſi in multis locis verum divinarum literarum ſenſum non tenemus?

§. II. Non prolixus ero in hoc demonstrando. Quamvis interpretes passim satis exemplorum suppeditent. Unicum Oraculum (Es. IX. v. 6. (al. 5.) illud satis superque docebit. Verba Spiritus S. hæc sunt:

יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה עַל־שִׁכְמוֹ
וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר אֲבִי־עַד שַׂר־שָׁלוֹם׃

§. III. Habemus hic verba clara & perspicua, nec ullum est, quod aliquid negotii exhibere possit, si connexionem textus originalis attendimus; & tamen si commentarios & Versiones consuluerimus, quo plures viderimus, eo incertiores erimus. In diversa abeunt Judæi & Christiani. De Titulis Messiæ lis mira. Quæ verba hic jungit, alius distingvit. Quos titulos hic distingvit, alius in unum compingit. Poteris ergo juxta illos, ut lubet, vel tres vel quatuor, vel quinque vel sex vel etiam, quia, ut apud Galatinum videre est, quidam אבי־עד divellunt, septem numerare. Atque si licet ex אבי־עד duos titulos facere, cur non quoque שר־שלום divellere liceat, ut octo habeamus? Nonne Eph. II. v. 14. expresse Christus vocatur εἰρήνη? Principem vero esse, quis negaverit? De voce ויקרא etiam certant, & adhuc sub judice lis est. Hi imperſonaliter explicant, illi active. Alii ויקרא *vajikkareh* legere malunt, ut passivam significationem exsculpant. Quæ altercationes nullæ forent, si interpunctio observaretur, quam omnes hic negligunt.

§. IV. Non equidem nescio, quosdam dum accentuum usum monstrant, hoc dictum adhibuisse; Verùm non satis feliciter illud tractarunt, quod mirari posses: Causa vero est, quod alii membrorum collationem negligunt, alii, quomodo fieri illa debeat, quantum colligo, non recte cognoverunt. Consideremus ergo in timore Domini hoc oraculum. Sed ita, ne prolixum Commentarium in illud scribamus, aut aliorum scrinia compilando multa hic conglomeremus: Illa tantum, quæ ab aliis vel plane non observata, vel non satis firmiter locata videntur, propitio CHRISTO atque DEO, de quo hic Sermo est, contemplemur. Sufficiet, quid hic mysterii lateat, indicasse

indicasse. Ipsarum rerum prolixiorem tractationem qui desiderat, alibi reperiet. Priusquam vero progrediamur, ut textus connexio pateat, in tabula illam oculis subjiciemus:



§. V. Non de mundano Rege aut Regno hic agi, vel ex illo solo patet, quia æternus Rex & perpetuum Regnum esse debet. Ut non solum ex hoc, sed & seq. v. 7. videre est. Mundana vero omnia transitoria sunt: De Messia ergo Propheta hic agit, ejusque nativitatem describit. Cujus sententiæ testem etiam Targum h. l. citare poterimus. Et hoc est Thema generale hujus Pasuci. Secatur, ut fieri solet, in duo Hemistichia per ⁀ num. 5. tabulæ præcedentis. Hæc si conferas, videbis in priori Hemistichio explicari ipsam nativitatem in se, in posteriori vero tractari adjunctum quoddam ejus consequens. Quod tam planum & perspicuum, ut nemo negare possit. Prius hemestichium per ׃ vocis לנו num 3. dispescitur, quod tabula monstrat hoc modo:

יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ | בֵּן נִתַּן־לָנוּ | |
וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה | עַל־שִׁכְמוֹ | | |

Collatis his videmus in priori deſcribi Perſonam, in poſteriori vero Officium. Et quidem ita, ut per וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה res ipſa, per עַל־שִׁכְמוֹ adjunctum ejus indicetur. Prioris membri verba num. 1. 2. 3., quæ Perſonam deſcribunt, altioris ſunt indaginis. Ubi illorum ſententia præ aliis placet, qui ad utramque naturam reſpici putant. Nam ſimpliciter idem repeti non eſt credibile. In Sacris nil fruſtra ponitur. Eadem verba interdum quidem repetuntur, ut res illæ aut circumſtantiæ eo magis inculcentur. Ubi vero diverſa verba habentur, non eædem res indicantur, licet ita ſæpe videri poſſet, aut differentia à nobis plurimarum circumſtantiarum & nativæ vocum ſignificationis ſæpe ignaris, non ſemper pervideatur, ut etiam optimi Interpretes in illo hæreant.

§. VI. B. S. Schmidius cum verba Jobi c. III. v. 10. explicat, rejicit illos, qui diverſa membra faciunt, & putat verba מֵרֶחֶם מִבֶּטֶן, illud non permittere. Recte quidem refutat LXX, Vulgatam, aliosque, qui מֵרֶחֶם explicant, quaſi בְּרֶחֶם ſcriptum eſſet, per hoc argumentum, quod jam antea idem dixerat. Num vero non eodem argumento uti potero pro diverſitate membrorum in hoc Paſuco? Verba ſane illam diverſitatem hic non ſolum permittunt, ſed etiam jubent. v. 10. agit de tempore ante partum; v. 12. de tempore poſt poſt partum; v. 11. de ipſo partu: Inchoato in priori hemiſtichio; conſummato in poſteriori hemiſtichio. מֵרֶחֶם h. e. cum ab utero prodire inciperem, in via illa, quæ eſt inter uterum & lucem. Quæ licet brevis ſit, multi tamen in illa via, aut in ipſa janua, quæ ad lucem ducit, moriuntur. מִבֶּטֶן h. e. ſtatim poſt partum ſeu in ipſo partus finiti momento, ſimulac ex corpore materno protractus eram, expirare debuiſſem. Pſ. XXII. v. 11. eodem modo רֶחֶם & בֶּטֶן deſtinguntur, ut alter locus, per alterum recte explicetur. Pſ. LIIX. v. 4. quem B. Schmidius pro ſua ſententia adducit, omnino diverſa membra dantur. Ratio autem illius diverſitatis

tis

tis ibi non tam in differentia vocum רחם & בטן, quam verborum תערה & זור quærenda. Quamvis בטן & רחם etiam eo, quo diximus, modo, accipi possint. Cum inde ab utero & primo partus momento peccato infecti simus, non minus ac post partum.

§. VII. Ut ergo in illis non eadem significantur, licet multi sic putent: Sic hoc loco Esaiæ diversa plane, quamvis in Christo unita, indicantur. Humana nempe & divina natura. Humana per verba ילד ילד־לנו. Divina per sequentia: בן נתן־לנו Sed concretive & cum connotatione status exinanitionis. Scilicet Puer ille in tempore natus fuit Filius ab æterno. Filius nempe DEI, qui hominibus datus seu in illum statum traditus, qui salutaris erat mortalibus, ut DEus nasceretur homo, forma humili & in servili Schemate æternam pacem, perpetuamque securitatem miseris acquireret. Hoc vult sibi, illud נתן. Uti etiam in N. T. verba δίδωμι, παραδίδωμι usurpantur. Joh. III. v. 16. Rom. IV. v. 25. Gal. I. v. 4. Eph. V. v. 25. 1. Tim. II. v. 6. Tit. II. v. 14. Quemadmodum enim nasci notat essendi initium, sic dari præsupponit existentiam ejus, quod datur. Cum Non-Entis nullæ sint affectiones. Usurpat quidem S. Scriptura verbum נתן etiam de filiis ordine naturali natis v. g. Gen. XVII. v. 16. Sed quanto id fiat discrimine facile videmus. Ibi non sine tropo id dicitur. Effectus enim ponitur pro causa, vel tamen illam includit. *Dabo tibi ex illa filium* h. e. vim pariendi per ætatem jam amissam reddam Saræ, ut tu filium ex illa gignere possis. Qualis significatio hic locum non habet. Sensum illum, quem dicimus, N. T. etiam comprobat. Nam cum Joh. III. v. 16. dicitur: *Sic DEus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Quid hic est *dare*? An eum qui non erat producere? An ab æterno existentem hominibus donare? Alibi hoc dare per *mittere* explicatur: v. g. Gal. IV. v. 4. Joh. IV. v. 9. quod etiam præsupponit existentiam ejus, qui mittitur. Quamvis ergo per *dare* idem principium indicetur, in utroque loco, quod non est debitum aut vires naturales, sed Gratia DEI ejusque favor; modus tamen dandi, & objectum datum diversa esse, vel manibus palpamus. Gen. XVII, ille, cui datur Filius, est quoque Pater Filii dati. Quod hic dicere non possumus, nisi

nisi plane absurdi esse velimus. Hic Filius enim pluribus datur לנו, non uni. Plures vero Patres unius per naturam esse non possunt. Filium illumAbrahæ datum fuisse φιλάνθρωπον, nullum est dubium. Hic vero Filius major homine sit oportet, cum sit אבי עד. Nempe DEus erat ab æterno, quod & manebat, cum nobis daretur. Incipiebat vero esse, quod non erat, nempe Homo, ut in posterum nec DEus solum esset nec Homo, sed utrumque seu θεάνθρωπος & עמנואל, ut Es. VII. 14. vocatur.

§. IIX. Atque id eo expeditius sequimur, quia Interpunctionem quoque ducem habemus. Ea hic extraordinaria est & quidem, sine necessitate adeoque emphatica. Ut יֶלֶד ילד־לנו per servum cohærent, sic בן per servum jungi potuisset sequenti h. m. בֵּן נתן־לנו pro quo ־ hic ־ֵ adhibetur atque insuper duplexMacceph; Quæ omnia non sine causa fiunt. Per Macceph illud in ילד־־לנו & נתן־־לנו indicatur, nostram salutem a Christi nativitate non esse separandam. Nam nulla Salus nobis extra Christum, nec Christus ob ullam aliam causam venit, nisi propter nostram salutem, non venturus nec nasciturus, nisi lapsi vitam amississemus a Christo reparandam. Per ־ֵ disjunctivum adeoque digniorem accentum h. l. indicatur, hunc בֵּן in se & per se esse excellentioris originis & naturæ, quam ille יֶלֶד. Quod merito sic credimus, quia DEus nihil frustra facit, nec minimum punctum sine causa ponit. Alia vero causa hic indicari nequit; hæc autem sc. Messiam esse DEum aliis in locis satis aperte nobis monstratur. Sola Michæ verba c. V. v. 2. suffecerint. De Messia sermonem esse Judæi sciebant Matth. II. v. 5. 6. nec nunc quoque negare possunt. Hic homo est, quia Bethlehemi natus; DEus vero quia מוצאתיו מקדם מימי עולם. Kimchi quidem negat consequentiam כי האל קודם ומי עולם הוא, sed inepte, quasi nos aliter verba illa acciperemus & quasi particula מ non idem, quod Rabbinicum illud קודם significaret. Si vero quis de illo dubitat, examinet Job. XXXIIX. v. 12. verba המימך צויתי בקר quæ sic vertenda erunt:

erunt : *an ante dies tuos* (vel antequam vivere inciperes) *produxisti diluculum vel præcepisti diluculo* (sc. ut adesset.)? Ut sit sensus: non potuisti creare diluculum seu dies & tempora, cum illa, priusquam tibi lucis usura concederetur, fuerint. Prov. VIII. v. 22. adhuc clarius illa significatio videtur קודם מפעלין *olim ante opera ejus.* Ubi etiam מ, pleonastice positum, idem significat quod קדם ante opera ejus, quæ formula mox per בטרם, עד לא, באין & לפני explicatur. Hoc distinctivus ille hic indicat. Ad id enim tantum prosunt טעמים, ut indice quasi digito nobis mysterium latere monstrent: Quodnam vero illud sit, ex aliis S. Scripturæ locis, & analogia fidei colligendum.

§. XI. Hæc de Interpunctione prioris hemistichii sufficiant. Nunc posterius aggrediamur, ubi plus laboris & difficultatis, quod ex versionum commentariorumque collatione patet, facile tamen superandum interpunctionem observantibus. In illo hemistichio posteriore maximus est ׃ vocis גבור num. 9. tab. Unde duo minora membra, quæ, ut ex collatione videmus, se respiciunt ut actus & effectus. In priori enim Num. 6. 7. 8. 9. habemus titulorum impositionem: In posteriori Num. 10. 11. ipsos titulos. Non ergo subsistit Abarbanelis aliorumque quorundam Judæorum opinio, qui putant, solum שר־שלום esse titulum hujus Pueri. Cum enim Judæi & ipse Abarbanel non negent vim accentuum distinctivam, nec quoque negare possint, ׃ esse majorem, quam ֑, male se distingvere agnoscant. Verba:

ויקרא שמו ‖ פלא יועץ ‖| אל גבור ‖||

maximam distinctionem patiuntur per ׃ vocis יועץ, quæ distinctio extraordinaria est. Facile enim videmus, tres illos titulos, quia omnes subjecto competunt, atque sic majorem inter se cognationem habent, quam cum actu, junctim, actui contradistingvi debuisse, si Spiritui S. simpliciter distingvere placuisset. h. m.

ויקרא

ויקרא שמו ||| פלא יועץ || אל גבור ||||

Sic distingveretur prædicatum s. actus à suo Subjecto. Sed Spiritus S. aliter voluit. Unde quia tituli Subjecti nominantis divelluntur, propositiones multiplicantur, & verba hæc ita sunt vertenda: *Vocabit nomen ejus, Mirabilis, Consiliarius; DEus fortis (vocabit nomen ejus).* Quæ membra qui confert, deprehendet in priori nominationem explicari generalius, in posteriori vero specialius s. terminative, ut Theologi de talibus rebus loqui amant. Ut sensus sit: Beneficia Christi nominibus s. titulis ejus indicata, in mundo publice prædicari debere, per Apostolos, Evangelistas & Pastores, aliosque in officio Ecclesiastico constitutos. Cujus Causa, quamvis sit tota SS. Trinitas, Pater, Filius & Spiritus S., Spiritum Sanctum tamen, specialiori quodam modo ad illud opus concurrere. Atque sic videmus, non frustra illam distinctionem fieri, nec sine causa propositiones multiplicari. Quamvis adhuc alia sit causa hujus distinctionis, de qua infra.

§. X. Prior illa actio generaliter concepta verbis ויקרא שמו | פלא יועץ || constat prædicato ויקרא שמי & subjecto פלא יועץ, ita quidem, ut subjectum illud notabilem habeat atque plane singulariſſimam distinctionem. Nullum enim aliud datur exemplum ֯ distingventis in secunda sub ֯. Hæc considerantes videmus hallucinari Grotium, qui tres hos titulos in unum compingit, cum per מעמים evidentissime separentur, ut & illos qui פלא יועץ pro uno habent. Sed quid illis respondendum, qui putant אל גבור posse esse distinctos titulos, licet servus ֯ adsit, quem non semper jungere putant, & probare satagunt ex Dan. I. v. 11. ubi דניאל חנניה (diversæ Personæ) per ֯ cohærent? Quid Weimarus respondeat, apud ipsum videre est. Vera causa, cur illud exemplum nobis non obsit, est, quia plane dissimile. Quod multis modis monstrari posset. Sed ne prolixus sim, unum illud suffecerit, quod ibi habeamus

mus Subſtantiva duo, eaque Propria Grammaticis dicta. Hic vero habemus Adjectivum & Subſtantivum; אל enim ſine appoſito alienante in ſingulari poſitum DEum ſignificare, quis valide negaverit? Si ergo aliquid efficere volunt, qui nobis hic adverſantur, proferant exemplum, in quo adjectivum & ſubſtantivum junguntur per Servum & tamen ſingula diſtincte aliquid per ſe ſignificant, quod fiet ad calendas græcas. Interim firmum ſtabit אֵל גִּבּוֹר junctim unum conſtituere titulum, & duo illa vocabula ſub conceptu uno & indiviſo contradiſtingvi reliquis. Quod poſterius etiam Dan. I. v. 11. obſervare licet. Quanquam enim duas diverſas perſonas ibi habemus, tamen duæ illæ perſonæ ſub unum conceptum redactæ reliquis contradiſtingvuntur, atque ſic ſuo modo unum ſunt, cujus unitatis ratio, quamvis nos lateat, non tamen nulla eſt. Æqualitas autem procul dubio quædam fuit vel ætatis, vel eruditionis, vel dignitatis &c. propter quam a reliquis diſtincti. Atque ſic ſuo modo ad unum referuntur non minus ac h. l. אֵל גִּבּוֹר.

§. XI. Reliqvum eſt, ut poſterius membrum hujus hemiſtichii, quod Num. 10, 11. habetur conſideremus. Hoc ſic interpungi potuiſſet, vel potius ordinarie debuiſſet אֲבִי עַד שַׂר שָׁלוֹם; rejectis vero ſervis adhibetur linea Macceph, arctius ligans, quam Servi. Cur vero? ut meminerimus, nullum nobis æternitatis gaudium nec pacem ſperandam abſque hoc Redemptore. Chriſtus enim & æterna felicitas inſolubili nexu cohærent. Ubi Chriſtus eſt, ibi pax quoque eſt & vita. Ubi pax & vita, ibi Chriſtus ſit oportet. Atque ſic tacite hic dicitur, quod Act. IV. v. 11. verbis expreſſum habemus. Poſtquam vero Macceph adhibitum omnia conjungi poterant h. m. אבי־עד שר־שלום, pro quo hic habemus אבי־עד שר־שלום. Quod licet ſemper ita fiat, cum ׃ loco minoris in voce tertia ponitur; Extraordinarium tamen eſt, cum ille ׃ neceſſario ibi non adſit. Unde nec Emphaſi caret. Sed quid eſt id myſterii? Scrutari cuivis licet, atque quod fidei analogum & S. Scripturæ conſentaneum indicare. Mihi meditanti hoc in mentem venit. Ut hæc duo, quæ

 jungi

jungi poterant, & certo modo etiam cohærent, distinguuntur, sic etiam differentiam notabilem esse, inter res de quibus hic agitur, h. e. inter statum regni gratiæ & gloriæ, ut & utriusque beneficia. Egregia sunt, quæ hic habemus, Gratia DEI, justitia, Pax conscientiæ, Spes vitæ æternæ. Sed excellentiora ibi exspectamus 1 Cor. XIII. v. 12. Si ne præguſtum quidem hic capimus, sed quasi extra nos rapimur, licet momentaneus fere sit. vid. Matth. XVII. v. 4. seqq. Marc. IX, v. 8. seqq. Luc. IX. v. 13. Quid de toto æternæ felicitatis apparatu dicemus? &c.

§. XII. Hic vero fortasse objeceris communem Christianorum sententiam, qui omnes titulos ad Christum referunt, cum per hanc Explicationem non nisi duo illi relinquantur. Verum enim vero non videndum est, qvid fiat, sed qvid fieri debeat. Qvod multi sic statuant, scimus; non sic fieri debere accentus docent. Nec est, qvod regeras ־ in גִּבּוֹר adesse extraordinarie, qvalem Interpunctionem etiam alibi reperiamus. Licet enim in Synonymorum & copulatorum coacervatione illud interdum fieri concedamus, non tamen exinde seqvitur, etiam hic Interpunctionem esse extraordinariam: Ut non seqvitur Luc. XIII. v. 12. Christus fraudulentum Insidiatorem intelligit per vulpem; ergo etiam Simson talibus usus est ad segetem Palæstinorum comburendam. Illis in locis facile apparet copulata illa ad unum referri debere, licet causam Emphaseos non semper perspiciamus, quæ multis in locis nos latet, nec tamen eam ob causam neganda. Qvis enim Sanus à negata rei cognitione ad negandam existentiam procedet? nisi concedere velimus, non esse DEum, qvia illum Gentiles, qvalis esset non satis cognoverunt. Hic vero nullum argumentum in textu pro extraordinario video. Ab ordinario autem sine evidente ratione & urgente necessitate non est recedendum. Fortasse ais: Hic est causa urgens. Nam subjectum nominans nunqvam postponitur verbo, qvod hic fieret juxta datam explicationem. Sed hoc nimis infirmum ad frangendam duram Judæorum cervicem. Atqve relinqvo prudentioribus perpendendum, utrum consultum sit, talibus argumentis pugnare contra homines in Scriptura sæpe exercitatissimos? Per se proni sunt ad incredulitatem, nonne magis magisqve dura hæc

cervix

cervix firmatur, cum talia sibi objici vident, qvæ simulac S. Codicem aperiunt, falsa deprehenduntur? Gen. I. v. 1. legimus: ברא אלהים את־השמים. Ubi habemus 1.) Actum 2.) Subjectum 3.) effectum eodem ordine positum, qvo Es. IX. v. 5. habemns 1.) nominationem, 2.) nominantem 3.) nomen. Qvalia plura passim reperies. Cur, qvod reliqvis verbis fieri videmus, non fieri possit verbo קרא, ego qvidem causam nullam video. Qvid? ipsum verbum קרא suum subjectum postpositum habet. Jud. VI. v. 24.

ויקרא־לו | יהוה | | שלום | | |

Qvæ verba sic vertenda, qvod & alii observarunt. *Et vocavit illud Dominus: Pacem.* Targum, רשי, LXX., ut & latinæ versiones, qvotqvot videri licuit, & inter se & a Textu dissentiunt, atqve pœnas dant vel neglectæ, vel non cognitæ Interpunctionis. In genuina hac versione videmus 1.) Actum nominandi, 2.) Subjectnm nominans 3.) effectum sive ipsum nomen, eodem ordine, quo & in hoc oraculo Esaiano hæc tria ponuntur. Gen. XXXI. v. 47. sic legimns: ויקרא לו לבן יגר שהדותא ויעקב קרא לו גלעד. Ubi videmus, subjectum nominans tam postponi qvam præponi verbo, unde promiscue illud fieri recte colligimus. Ut ergo Judæi interpunctione adacti nobis concedere tenentur, duos ultimos titulos esse Pueri nati, per qvem non nisi Messiam intelligi posse antea diximus. Sic nos Christiani Judæis concedamus oportet priores tres titulos esse Subjecti nominantis. Per qvam explicationem nos nihil, multum illi amittunt: illi nihil, multum nos lucramur, ut in seqq. videbimus.

§. XIII. Colligamus nunc in unum conceptus in præcedentibus dispersos, atqve in Tabula synoptice proponamus. Thema hujus Passvei est MESSIAS descriptus qvoad:

- Incarnationem explicata ejus.
  - (א) Personæ naturâ
    - (α) Humana — יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ
    - (β) Divina
      - in se — בֵּן
      - adjunctivé — נִתַּן־לָנוּ
  - (ב) officiô
    - in se — וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה
    - adjunctive — עַל־שִׁכְמוֹ
- Nominationem ubi habemus.
  - (א) Actum descriptum
    - (α) generalius
      - (1) in se — וַיִּקְרָא שְׁמוֹ
      - (2) qvoad Subject.
        - (a) ἀγέννητον — פֶּלֶא
        - (b) γεννητὸν — יוֹעֵץ
    - (β) Specialius s. terminative — אֵל גִּבּוֹר
  - (ב) Effectum s. Titulos, qui indicant beneficia Christi in regno.
    - Gloriæ — אֲבִי־עַד
    - Gratiæ — שַׂר־שָׁלוֹם:

Versio totius Pasuci ipsam Scriptus S. mentem explicans hæc erit:

Puer natus est nobis; Filius datus est nobis: Et erit Principatus in humero ejus. Et vocabit nomen ejus Mirabilis, Consiliarius; DEus fortis (*vocabit nomen ejus*); Patrem æternitatis, Principem Pacis.

§. XIV. Sed hic audio, nescio qvos, mihi obstrepere. Hæc nimis Scholam sapere, Logicam olere, atqne omnia cum Pedantismo, qvem vocant, explodenda. Verum videant, qui sic sentiunt, ne nimium calidum hoc sit modo. Si per illos licet nugas Scholasticas a Logica seperare, dixerim Logicam nuspiam accuratius observari, qvam in libris Sacris, ubi nec error, nec fallacia duæ, illæ Logicæ Pestes. De Ponte Asinorum, Darapti, Anteprædicamentis, & si qvæ sunt alia juventutis terriculamenta, qvæ utinam tandem ex Scholis proscriberentur, nihil qvidem ibi. Sed hæc æqve ad Logicam pertinent ac Larva in pariete picta ad domum. Qvodnam vero sobrii Logici officium est? Nonne præcognitis terminis vera enunciare & solide argumentari, s. ut omnia uno complectar, veritatem sectari? Qvid horum desidera-

tur

tur in Codice S? Cognoverunt Sancti DEI Homines terminos s. vocabula, non solum Grammatice qvid significarent, sed etiam logice, qvid de alio prædicari, vel non prædicari posset, unde non solum selectissima verba & emphatica sæpe miramur, sed etiam enunciationes tam affirmativas, qvam negativas omnis generis reperimus. Nec facile species enunciationum in logicis dabitur, cujus exempla non sint in Bibliis S. Probant sua tam solide, ut nullus solidius. Qvæ argumenta, si qvis consideraverit, ad locos inventionis, qvos Logica monstrat, referri qvoqve possunt. Et pauci, si ulli, loci reperientur, qvorum exempla non sint in literis arcanis. Si ergo logici est, veritatis rationem docere, & nullus in orbe Sermo verior, quam prophetarum & Apostolorum, sine Logica consistere nequit. Qvi negare vult logice conscriptam S. Scripturam, neget etiam vera esse, qvæ ibi scribuntur, h. e. dicat Verbum DEI non esse verbum DEI. Nec Dispositiones Logicæ desiderantur, dummodo, qvæ aliis Scriptoribus conceditur, disponendi libertas, nec S. Scriptoribus denegetur, nec sine certa ratione sua sic ordinasse dicamus. Qvamvis vero passim vestigia Logicæ deprehendas, non tamen accuratius, qvam per accentuationem impressa videbis. Quot accentus distinctivos in S. Codice videmus, tot distinctos conceptus logicos habemus, qui etiam accuratissimo ordine cohærent. Vel ex Tabula modo posita, & dispositione hujus Oraculi Esaiani illud patet. Qvod Græcorum & Latinorum Philosophi, Poëtæ & Oratores non ita observant. Illi enim conceptuum partes plerumque ita miscent, ut vel plane vel tamen sine difficultate in eum ordinem, qvem in Ebræo videmus, redigi neqveant, qvicqvid illorum sapientiæ & eruditioni tribuant talium Basiatores. Aristotelis & Ciceronis (qui ex præcipuis) Scripta examinet cui, libet, & periculum faciat, utrum sic interpungi possint singulæ Periodi, ut Ebræorum, videbit, qvid distent erva lupinis. Multiplices illæ trajectiones & Interpositiones ordinem turbant apud Græcos & Latinos, qvamvis illi, nescio qvos lepores, in hoc saltu venentur. Contra Scriptores divini ordine simplici modeste procedunt, atqve etiam ubi elegantias sectantur, ut in Esaia, Psalmis &c. tam sobrie, tamque sollicite id faciunt, ut

ut ordinem conceptuum non turbent, nec partes illorum ita miſceant, ut logice efferri & ad ſuum contradiſtinctum referri neqveant. Qvod & in illis, qvæ Emphaſin aut affectus indicant, obſervare licet, qvamvis majore attentione & judicio ibi opus ſit. Cur ergo Critici male feriati S. Scripturam exagitant, qvaſi nullus liber minore arte conſcriptus: aut etiam accentus, quaſi nullius utilitatis: Cum ab illis præcipue ſenſus S. Scripturæ dependeat, nec ſine illis veritas infallibiliter cognoſcatur. Qvod vel ex ſolo hoc Oraculo patet. Remove accentus, qvid certi in verbis, etiamſi, vocabula qvid ſignificent, ſcias? Qvid habes, ubi pedem figas? Si vero illos ſecutus fueris, non ſolum, qvot Tituli hic deutur, ſed etiam cui ſinguli competant, infallibiliter cognoſcis. Sic etiam videbis, qvid ſentiendum ſit de conamine Criticorum, qvi ויקרא *vajikkareh* legere malunt. Fruſtra ſunt. Accentuatio enim verbum illud paſſivum ſine abſurditate non poſſe admitti monſtrat. Nec qvoqve opus eſſe ſic patet, vocem ויקרא imperſonaliter explicare.

§. XV. Accentus quia negleximus, nemo hactenus vidit, qvalis Theſaurus hic lateat, cum tamen ſi ſeqvi voluerimus, Abyſſum Myſteriorum retegant. Scilicet duos præcipuos articulos Religionis Chriſtianæ hic habemus, quos nulla hominum acutiſſimorum ratio capit, ſed qui potius ſtultitia ſunt Sapientibus hujus mundi. Myſterium dico Θεανθρώπου & SS. Trinitatis. Myſterium incarnati DEI, qvod in Textu præcedit, conſiderantes, videmus Perſonæ unius, licet perſonaliter unitas, diverſiſſimas tamen naturas. Hominem eſſe Meſſiam, probatur, qvia ילד ילד; DEum eſſe, qvod & ſupra dictum, exinde probatur, qvia Puer ille natus etiam eſt Filius (*ab æterno exiſtens, in tempore vero hominibus*) datus. Qvi vero hoc capere vel non vult, vel non poteſt, conſideret opera vere & mere divina, quæ illi tribuuntur, cum vocatur אבי־עד & שר־שלום. Qvis Pater æternitatis? Qvis? niſi qvi vitam æternam miſeris hominibus, acqviſivit, meruit, donat. Num hæc in creaturam finitam cadunt? Num a cauſa finita æternum & infinitum effectum exſpectabimus? Quis Princeps Pacis? Non tantum qvi Pace fruitur, qvo ſenſu Judæi illud Hiskiæ tribuunt; ſed

sed qvi Pacem h. e. remissionem peccatorum, justitiam, reconciliationem cum DEO, conscientiæ tranqvillitatem nobis meruit & obtulit. Non enim respectu sui Princeps pacis dicitur, sed respectu nostri, adeoque non de pace, qva ille gaudet, sed qvam nobis, qvibus natus & datus est, affert, hic agitur. Num vero hæc pacis beneficia a finita causa proficiscuntur? Pax cum DEO fieri non potuit, nisi infinitæ justitiæ, qvam læseramus, satisfieret. Hoc nudus homo præstare qvi potuit? Æterna λύτρωσις Ebr. IX. v. 12. æternum λυτρωτὴν h. e. talem, qvi DEus esset, extra qvem nulla æternitatis origo, reqvirebat. Duobus ergo his titulis satis probatur Deitas Messiæ, qvicqvid Judæi, Photiniani, Ariani & si qvid est, præterea Christomachorum ogganniant. Qvi credere vult, illi hoc sufficiet, incredulis & præfractis nihil satis. Si qvis ea, qvæ vers. seqq. de Messia habentur, his junxerit, habebit, qvo minus dubitet.

§. XVI. De officio Christi qvoqve nos informat Spiritus S. Regem esse & Regnum habere, indicat vox המשרה; Regnum vero illius plane diversum esse a mundanis, denotant verba על שכמו. Cum enim alii Reges insignia regni sui manu vel capite gerant, hic Rex sui regni insignia, (Hæc enim per המשרה intelligenda, cum ipsum regnum in humerum suscepisse, sine absurditate dici neqveat) humero gestat, h. e. crucem portat. Crux enim est signum regni Christi in hoc mundo, qvam ipse portabat ex Prætorio in Golgatha, nobisqve portandam reliqvit. Matth. XVI. v. 24. Cum ergo reliqva regna splendida sint atqve pomposa: Hoc molestum fuit atqve onerosum. Et sane si Judæi illud המשרה על שכמו rectius, perpendere voluissent, atqve huic c. LIII. Esaiæ jungere, nunqvam mundani regni pompas in Messiæ regno futuras somniassent. Si porro & illud considerassent, regnum hujus crucigeri Principis æternum nihilominus esse, qvod v. seqq. docetur, atqve etiam per אבי־עד satis patet, sursum corda elevassent, nec mundi hujus illecebras, sed potius æterna cœli gaudia cruce portata nobis qvæsita sperarent: Cum alterum ex altero facile colligatur. Sed qvid prodest lux cœcis, aut videre nolentibus. De hoc vero nihil amplius addimus

dimus : quia articulus de Perſona & Officio Chriſti ab aliis prolixe ſatis explicatur.

§. XVII. Videamus aliud Myſterium æqve magnum nobis hic propoſitum, qvod tamen nemo hactenus vidit ; nempe Myſterium SS. Trinitatis, qvamvis lucidiſſimis radiis hic coruſcet. Habemus hic tres notabiliter diſtinctos | | | פֻּלְאִ֣ | יוֹעֵ֔ץ | | אֵ֖ל גִּבּ֑וֹר ad unum actum concurrentes, non ut cauſa ſocia & partialis, ſed ut cauſa ſolitaria & totalis, quod verbum וַיִּקְרָא indicat. Nam qvæ alia cauſa hujus Conſtructionis h. l. eſſe poteſt, niſi Myſterium DEI TRIUNI ? Vel enim temere & caſu, vel ex certa cauſa hic tres uni verbo ſingulari junguntur. Temere id fieri ἀ'θεον & blasphemum eſt aſſerere. Si ob certam rationem fit, alia qvam hæc h. l. reddi neqvit. Si figurate hæc fieri dixerint, fatebuntur qvoqve figuram non ſine cauſa adhiberi, qvam ſi explicare voluerint, ad hanc ipſam, qvam indicavi, duce S. Scriptura, devenient. Tres has Perſonas diſtingvi in una Eſſentia divina, indicant diſtinctivi accentus ſingulis additi, qvi ita ponuntur, ut proprietates characteriſticæ ſimul elegantiſſime indicentur. פֶּלֶא יוֹעֵץ poſſent per Servum jungi, qvod alias ordinarie fit. Pro illo ſervo vero adhibetur ֯ magnus, qvi hic, minore in locum magni evecto, minoris ſortem in voce ſecunda ſubit. Qvod ſingulariſſimum, nec ſimile datur in toto Codice Sacro. Cur vero? Qvia Pater & Filius modo ſingulariſſimo in una Eſſentia differunt. Qvis enim explicare valet divinam illam generationem, qva Pater genuit Filium, & Filius genitus ab æterno, per qvam alter ab altero differt, nec tamen ſeparatur aut divellitur ; Cum Pater & Filius nihilominus unum ſint. Hoc certe eſt ſingulariſſimum, qvod exemplum in natura non habet, ut diſtinctionis, qvam in Textu habemus, nullum aliud exemplum in S. Codice datur. Deinde cum פֶּלֶא diſtincto, יוֹעֵץ ſeqventi jungi potuiſſet & potius debuiſſet, juxta illos, qvi poſteriorem nexum majorem cenſent h.m. | | יוֹעֵץ | אֵל גִּבּוֹר | | פֶּלֶא, vel etiam | | יוֹעֵץ אֵל—גִּבּוֹר | פֶּלֶא, tamen duæ illæ voces אֵל גִּבּוֹר ſuo modo cohærentes contradiſtinctas habent יוֹעֵץ פֶּלֶא

h. m.

h. m. | | | אל גבור | ויעץ | פלא. Quo indicatur tertiam illam Personam per אל גבור indicatam respectum habere ad utramque contradistinctam. Quæ causa ? Supra unam vidimus ; Hic alia notanda , quæ est proprietas characteristica tertiæ personæ ad intra hic indicata. Quia enim Spiritus S. a Patre & Filio procedit , atque relationem ad utrumque habet , merito etiam utrique magis cohærenti contradistingvitur.

§. XIIX. Scio equidem Empæctas & Criticos nimium sapientes hæc risuros : Sed non moror illos. Quandoquidem credo S. Scripturam à DEO profectam , hanc illi reverentiam debeo , ut nihil frustra , nihil temere ibi positum credam. Miror potius accentuationem tam accurate respondere analogiæ fidei & Religioni Christianæ. Et hoc quidem eo magis , quia non solum hic mysterii illius vestigia videmus , sed etiam alibi. Oraculum Es. VI. v. 3. Dorffelius §. 54. *Tirocinii* tam eleganter tam solide explicavit , ut a S. S. Trinitatis cultoribus sine summa delectatione legi non possit. Ubi eodem , quo hic, fundamento similis distinctio licet interpunctio per alios apices fiat, nititur. Huic jungi potest Jos. XXII. v. 22. Ubi etiam tres illi tituli ita distingvuntur , ut tertius duobus prioribus contradistingvatur. Primus & secundus , licet per servos cohæreant , Psik interpositum tamen aliquid distinctionis indicat ; Psik in repetitis titulis etiam repetitur , quamvis alii apices adhibeantur. Tria illa ll. cc. distincta habent etiam appositum singulare , per quod itidem unitas essentiæ & operationis illius significatur. De *Psalmo* L. v. 1. ubi eadem ob eandem rationem distinctio , & quidem adhuc clarior , quam Jos. XXII. vid. *Warmuth. Vind. Part. II. L. VI. p. m. 238.* Num credemus tribus eodem modo , ubi de DEO agitur , semper distinctis casu semper jungi appositum singulare ? Num distinctionem semper ita sine causa factam esse putabimus , quæ tamen extraordinaria videri posset juxta illorum hypothesin , qui posteriorem nexum majorem credunt ? Si semel illud factum videremus , negligi forte majori cum excusatione posset: Nunc vero cum in hac materia semper fieri cernamus , majus aliquid subesse credendum.

§. XIX. Ut ergo nunquam satis mirari possumus summam illam DEI sapientiam in minutis his apicibus, sic nunquam satis humiliter adorare valemus mysteria, quæ hic nobis panduntur; Pater vocatur פלא vere mirabilis & omnium miraculorum maximum. Existit sine Origine & manet sine fine. Cujus character nobis occultus. Quid non sit, scimus, nempe ἀγέννητος; quis vero quid sit, eloquetur? Filium gignit, nec prior est genito: Nec Natus suo Patre posterior. Quid mirabilius hoc Patre, qui tam mirabilem Filium sibi genuit, nobis vero dedit? Filius est יועץ. Num quia postquam misericordia DEI homini media recuperandæ salutis decrevisset, qualia requirerentur, invenit, & quomodo salus hominis restauranda consilium dedit? Si vero hoc displicet, certe negari nequit, Filium meritò Consiliarium dici, quia nobis consilium DEI in Evangelio manifestavit, & quomodo æternæ morti addicti vitæ viam invenire possemus, docuit; ita λόγος ex parte idem erit, quod יועץ. Nam præter aliam causam, quod λόγος dicitur, etiam hæc est, quod voluntatem summi Parentis nobis revelavit. Spiritus S. est אל גבור, DEUS essentia גבור non solum propter omnipotentiam omnibus tribus personis æqualiter competentem; sed etiam propter exercitium hujus potentiæ per S. Ministerium se exerens. Plus Paulus & Petrus aliique Apostoli imbelles & inermes licet, voce & Scriptis effecerunt, quam Alexander aut Cæsar Phalangibus & Legionibus. Illi aliquam mundi partem exiguam sane respectu totius orbis, sibi subjecerunt, & fortasse plura corpora, quam animos domarunt. Cum Apostoli per Ministerium Spiritus totum orbem repleverint, nec solum corpora; sed potius corda Christo subjecerint. Cum illi sua tanto labore & Sangvine parta dudum amiserint, Christus in æternum suos sibi Subditos verbo subactos retinebit. Quod quomodo fieri potuerit, nulla hominum mens assequeretur, nisi illum, qui אל גבור hic efficacem agnosceremus.

§. XX. Unum adhuc restat non sine consideratione dimittendum. Nempe permutantur Major & Minor. Hoc in Majoris locum evecto; illo ad Minoris sortem depresso. Cum enim ך in פלא adhibi-

adhibitus erat, in voce שמו poni potuisset ֯, vel potius ordinarie debuisset. Quod omnes, qui accentuum rationem & consecutionem cognoverunt, fatebuntur. Si talem haberemus Interpunctionem ויקרא שמו פלא יועץ, quæ hactenus diximus, consistere possent. Spiritus S. vero alium ordinem sequitur, ut finem & fructum hujus negotii non solum verbis expresse doceret; sed etiam per accentus hieroglyphice pingeret. Duplicem enim permutationem præcipue notabilem in illo Salutis negotio deprehendimus. Justitia DEI, cujus jus majus erat contra nos, de suo jure cedit, misericordiæ superiorem locum concedens: Homo jure qui miser erat, ad felicitatis apicem minus dignus licet, evehitur: DEus vero suum Filium in miseriam demittit, quam Filius etiam obediens subit. Atque sic Christus humiliatur, ut homo exaltetur:

Er wechselt mit uns wunderlich/
Fleisch und Blut nimmt Er an/
Und gibt uns in seines Vaters Reich
Die klare Gottheit dran.
Er wird ein Knecht und ich ein Herr/
Das mag ein Wechsel seyn.
Wie könt es doch seyn freundlicher
Das herze JESULEIN.

§. XXI. Hæc cum ita sint, quis non fateatur, multa nos ope שׂמים lucrari nihilque perdere? Deitas Christi nihilominus stat firma per duos illos titulos אבי־עד שר־שלום. SS. Trinitas, Personarum differentia & Character tam quoad intra, quam quoad extra, egregie indicatur. Deitas quoque Spiritus S. monstratur. Variæ præterea meditationes & piæ & utiles suggeruntur. Quis sine Accentibus in his verbis talia quæreret? Desinant ergo tandem Critici divinam accentuum authoritatem multiplicemque illorum usum in dubium vocare, cum videant, nihil sine ratione poni, atque omnia accurate

accurate cum analogia fidei Christianæ conspirare. Perpendant quoque Philologi & Interpretes an bene sibi aliisque consulant Interpunctionem negligentes. Ut Accentus nos ad Abyssum Mysteriorum in hoc oraculo latentium deduxerunt, ita plurimis in locis aliis usui nobis esse possunt, viam monstrantes, si qvis seqvi voluerit. Sed & hæc aliis prolixius tractanda relinquimus, cum nobis sufficiat, rem ipsam breviter indicasse.

§. XXII. Paucis aliam Abyssum nempe beneficiorum contemplemur, qvæ etiam se hic conspiciendam aperit. Habemus hic beneficium maximum DEI propter homines hominis facti; Regis crucem portantis propter Subditos; Redemtoris vitam æternam donantis æternum supplicium commeritis; Principis, pacem reddentis hostibus internecione delendis, tranqvillitatem securam merentis illis, qvi bellum contra DEum susceperant, &c. Atqve hæc omnia ne in occulto laterent, publice in toto mundo per Evangelium prædicari voluit clementissimus ille DEus, ut Christiani sciremus, qvid nobis per Christum & a Christo sperandum sit. &c. O Abyssus divinæ beneficentiæ! O inenarrabilis benignitas! Qvis eloqvetur vel etiam mente comprehendet ea, qvæ ὑπὲρ νῶν, ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν. Nemo intelligit excellentiam æternæ felicitatis, qvæ fidei nostræ finis & Incarnationis Filii DEI fructus est. Nemo penetrare potest in causam tanti amoris, per qvem non solum homines peccatores salvos esse voluit Pater ille cœlestis, sed qui illum qvoqve impulit, ut Filium mori voluerit, ne hostes perirent. Qvis non stupeat Filii æterni infinitam benevolentiam, qva ductus omnis generis miserias lubens subiit, ne isti, qvi inobedientia sua æternum exitium commeriti erant, in perpetuum miseri essent? ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Merito & hic cum Paulo ingeminamus. Verum qvid pauca de maximis? Miremur potius & adoremus tacita devotione, qvæ lingva non potest eloqvi. Operam præterea demus, ne tam de his mysteriis & beneficiis loqvamur, qvam corde & opere gratos nos præstemus, abyssumque mirabilis hujus bonitatis ita contemplemur, ne in barathrum æterni doloris detrudamur.

§. XXIII.

§. XXIII. Hæc de oraculo Esaiano meditatus eram, qvæ cum Anno CIↃIↃCCIII Lipsiæ non sine censura prodiissent, nemo fuit, qvi in illis aliqvid desideraret. Cum vero Anno CIↃIↃCCX Diacritica S. edita esset, Dn. D. Abichtius L. O. P. P. Dissertationem præmisit, in qva contra hanc explicationem disputavit. Hoc mihi jucundissimum foret, si qvid in medium proferret, qvo ego rectius informari, Dictum hoc Esaiæ melius explicari, atqve doctrina de Ebræorum interpunctione magis illustrari posset. Cum vero statum controversiæ, vel non videat, vel non observet, sed neglectis rationibus, qvas in Tractatu illo adduxeram, multa falsa & inepta mihi affingat, ad illa qvin respondeream, non potui. Rogatum vero volo Dn. Opponentem, nec minus omnes, qvi hæc legerint, ut omnia accuratius cognoscant & perpendant, atqve si meliora habent & solidiora, qvam hactenus objecta, illa promant; sin vero, veritati cedant, nec luci sine causa officere studeant. Habemus seculum eruditum. qvod talibus objectionibus in errorem non facile inducetur. Nimis enim apertum est, eos qvi talia objiciunt, vel rem non intelligere vel etiam data opera contra veritatem pugnare. Qvod utrumqve an satis dignum sit Christianis & Eruditis, Christiani & eruditi judicent.

§. XXIV. Sic vero Dn. D. Abichtius contra hanc explicationem insurgit: *In vocibus mysterium latere non negatur; sed Accentibus illud indigitari, mihi non est perspicuum.* R. Hoc illi non esse perspicuum, credamus, cum ipse fateatur, potuisset tamen esse perspicuum, si perpendisset illum Tractatum & Diacriticam S. §. 245. 248. 288. huic junxisset. Cum vero illi perspicuum non esset, non debuisset sinistre de proximo judicare, aut nos de Accentuum abusu accusare. Judicia enim fieri debent de rebus satis perspectis, exploratis & recte cognitis. Nisi mihi perspicuum fuisset, tacuissem: Sed cognovi, non solum ex aliorum scriptis, qui ante me id tradiderunt, verum etiam diurna nocturnaqve manu per multos annos S. Codicem versans multis S. Scripturæ exemplis examinatis deprehendi, adeoqve ipsa experientia edoctus scio, mysteria in verbis latentia etiam per Accentus indicari. Hoc negare idem est, ac si dicerem, metalla qvidem

dem in terra latere, sed per virgulam divinam non indicari; cum tamen rerum metallicarum periti utrumqve verum esse concedunt. Voces indicant mysteria immediate; Accentus mediate. Voces indicant mysteria; Accentus docent, qvomodo viri θεόπνευστοι sese circa illa gesserint, utrum magni, an parvi fecerint, & nobis facienda esse voluerint. Voces indicant mysteria; Accentus locum produnt, ubi proxime deprehendenda. Et cur negat mysteria Accentibus indicari, cum ante concesserit, celerioris & tardioris pronunciationis adeoqve etiam minoris vel majoris Accentus positi rationem esse affectuum latentium diversitatem. Aut ergo contradicet sibi, aut concedet, arbitror, Accentibus mysteria indicari. Nam ubi illud πάθος vel Emphasis latet, ibi latet etiam mysterium h. e. ratio qvædam, qvare hoc vel illud πάθος per hunc aut illum Accentum indicetur. Nisi forte Spiritui S. brutum & ἄλογον sermonem affingere velimus. Vid. Diacrit. S. §. 257. Aut ergo Dn. D. Abichtio perspicuum fuit per Accentus mysteria latentia indicari; aut non fuit: Si non fuit, qvomodo dicere potest: Accentus indicare affectus latentes, cum hi ipsi mysteria prodant, nisi forte πάθη & affectus frustra adhibentur. Si vero perspicuum fuit tunc, cur non & nunc? Si alibi affectus latere possunt, cur non etiam Es. IX?

§. XXV. Sed accedamus propius. *Qvidam* scribit: *Es. IX. 5. Christi naturam divinam & humanam ex accentuum ordine cognovisse sibi persvadent, quod duo adsint membra paria, quorum prius ÷, alterum ⸗ parvo distinctum est.* R. Duas illas Christi naturas ibi indicari adhuc mihi persvadeo. Probavi illas non tam ex Accentibus, qvam ex ipsis verbis. Qvod Dn. D. Abichtius p. 6. (hic §. 8.) videre potuisset, si voluisset. Possent etiam alii videre, si ille Tractatus, ad finem Diacriticæ S. impressus esset, juxta meam voluntatem & Bibliopolæ promissionem. Sed omiserunt illum, ut alibi indicatum. Qva fide & qvo jure, alii judicent.

§. XXVI. *Si Accentus*, pergit, *h. l. duas naturas exprimunt, necesse est, ut in aliis verbis, iisdem Accentibus stipatis idem faciant*

ant. v. g. Es. LXIV. 1. R. Monstretur mihi, ubi ego tale argumentum formaverim, aut talem majorem posuerim: Ubi ־ occurrit, ibi divina natura indicatur. In meis scriptis nunqvam illam reperiet. Nescio, qvid meruerim de Viro Cl. ut mihi tales ineptias affingeret. Si accuratius mea legerit, rectius senserit.

§. XXVII. Hæc nondum sufficiunt. Scribit porro: *Sic voce* בן *Accentu signata excellentiorem naturam divinam indicari, qvidam existimant, qvoniam vox ea etiam servo ־ Munacho sequenti, voci annecti potuisset. Qvod si esset verum, necessario sequeretur, ut* 1. Chron. I. 44. בלע בן־בעור *naturam qvoqve divinam possideret, qvia* בלע *eundem ־ Ithith habet comitem.* R. Hic hæret aqva. Nescio, qvid ad hoc dicendum. Ab accusando proximo, ut qvi maxime, abhorreo. Et tamen non possum, qvin hic vel scientiæ vel conscientiæ defectum arguam. Argumentor: Aut cognovit Dn. O. mentem meam & rem, de qva disputat, aut non cognovit. Si non cognovit, cur incognita sibi refutanda sumit? Aut cur, qvæ refutare vult, non prius recte cognoscit? Socratis una sapientia erat, non arbitrari se scire, qvæ nesciat. Utinam omnes Christiani hac sapientia gauderent! Incognita destruere velle, est sibi ipsi ruinam parare. Si vero cognovit, cur tam ineptas, tam insulsas, tam absurdas rationes mihi tribuit? *Qui alienorum voluminum se facit censorem, primum hoc agere debet, ut rem penitus intelligat, deinde, ut rationem, non affectum habeat in consilio:* Recte monet Erasmus in Apolog. pro Declam. Matrim. An hæc duo a Dn. O observata sint, aliis judicandum relinqvo. Ego & hic postulo, ut mihi hoc argumentum aut hæc Major monstretur in meis Scriptis: Ubi ־ reperitur, ibi divina natura indicatur. Si Dn. Opponens Tractatum illum, vel etiam Dn. Criticam S. præcipue, qvæ §. 245. 248. 288. scripsi, legere vel etiam intelligere voluisset, non me tantæ absurditatis suspectum reddere conaretur. Qvamvis vero ea, qvæ in Tractatu illo posui, æqvis & peritis rerum æstimatoribus sufficiant, opus tamen fuerit propter imperitos & hic qvædam addere. Verba Es. IX. sic interpungi potuissent

ילד

יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ Spiritui S. vero alia interpunctio placuit יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ Dico Spiritum S. nihil frustra feciſſe. In quo omnes qvi de S. Scriptura & de DEO recte ſentiunt, aſſenſores habuero. Qværo ergo, qvæ ratio hujus interpunctionis? R. ex §. 245. Diacriticæ S. Quia Spiritus S. voluit indicare notabilem differentiam quæ eſt inter יֻלַּד־לָנוּ & נִתַּן־לָנוּ. Et qvia prius habet ֫, qvi minor, qvam ֭ in נִתַּן־לָנוּ dico qvod נִתַּן majus quiddam, qvam יֻלַּד ſubindicet. Qvidnam vero illud differentiæ ſit, nec hic nec ullibi Accentus explicant juxta §. 245. & 288. Diacrit. S. Qvod etiam in ipſo Tractatu §. 8. indicatum. Propterea S. Scriptura ſcrutanda, qvæ Chriſto duplicem nativitatem tribuit, aliam ab æterno, aliam in tempore. Hinc probabiliter colligo, ad hæc duo reſpici. Nempe Meſſias qvidem in tempore natus, ſed in eodem reperitur aliqvid, qvod longe ante vel potius ab æterno extitit. Unde & phraſis mutatur atqve vox נִתַּן adhibetur, qvæ indicat eum, qvi in tempore natus, ante tempus tam nativitatis hujus, qvam totius mundi extitiſſe. Sic cum in בֵּן diſtinctivus ponatur in יֻלַּד vero ſervus maneat, iterum exinde colligo, non fruſtra illud fieri. Qværo ergo cur? R. Qvia magna differentia inter בֵּן & יֻלַּד. Qvalis vero differentia illa ſit, hic non magis, qvam antea Accentus indicant juxta ll. cc. Unde ergo ſcio? R. Ab Accentibus monitus ſcrutor S. Scripturam juxta Joh. V. 39. Hæc monſtrat JEſum non ſolum eſſe Hominem, ſed etiam DEum. Dico ergo: Cum Meſſias ſit DEus & Homo: Cum DEus excellentior Homine, per בֵּן indicari Divinam Naturam ſeu DEum; per יֻלַּד humanam Naturam. Idqve eo magis, cum circumſtantiæ Textus conſentiant. Nam de בֵּן dicitur נִתַּן; de יֻלַּד vero יֻלַּד. Quid hic abſurdi? Num Accentus non elegantiſſime qvadrant myſteriis per illa verba indicatis? Num ineptum eſt dicere בֵּן habere majorem Accentum, qvam יֻלַּד qvia notet excellentiorem naturam? Num argumentor: Ubi ֫ ibi indicatur divina Natura? Non ſane! Cur ergo tales ineptiæ mihi tribuuntur, qvaſi ex ſola ֫ præſentia divinam naturam probarem? Κύριε μὴ σήσης αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.

§. XXIIX.

§. XXIIX. Qvod loca objecta ex Es. LXIV. 1. 1 Chron. I. 44. attinet, ibi qvoqve vehementiam vel prærogativam qvandam indicari assero, juxta ll. cc. Diacriticæ. S. Sed hæc talis est, qvalis in rem tractatam cadit. Nam ut res sunt, ita debent enunciari; Et talia sunt Prædicata qvalia a suis Subjectis esse permittuntur: Et modus dicendi seqvitur modum essendi. Ut ex Logicis constat. Hoc si Dn. Opponens nescit, non satis instructus ad refutationem accessit: Si vero scit, cur apicum formis adhærescens larvas ex illis fabricatur, qvas mihi imponat? Hæccine charitas Christiana; hæccine conscientia patitur?

§. XXIX. Audiamus plura, utinam meliora! Seqvuntur vero hæc: *In eodem Esaiæ loco alius Accentuum abusus occurrit, qvando illorum virtute nomina Christo imposita eidem denegantur, & DEO nominanti tribuuntur. Ut hoc evidentius percipiatur, ipsum Accentuum ordinem apponam:*

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי־עד שר־שלום׃

Qvæ hoc sensu a qvibusdam versa sunt: Et nominabit eum mirabilis, consiliarius, DEus fortis: Patrem æternitatis, principem pacis. Qvia ׃ *in vocem* גבור *incidit, reliqvique omnes* ֥ ֣ ֑ *respectu* ׃ *Minores sunt, existimant, omnes illas voces judicio logico esse in unum membrum colligendas & non pro Nominibus Filii denominandi, sed DEI appellantis habendas. Qvam interpretationem Judæi & Sociniani ambabus amplectuntur.* R. Meam versionem, qvam p. 15. (hic §. 9.) posui, mutilat; qvod fieri non debuisset. Me vero Titulos illos separasse, alios Nominanti, alios Nominato tribuisse, fateor. Nec muto factum. Subjectum denominans describitur per פלא יועץ אל גבור. Et qvia hic tres Titulos reperio singulari modo distinctos, qværo, cur? R. Quia DEus ille, qvi Puero hoc Nomen dedit, est Triunus: Pater, Filius & Spiritus S. ab utroqve procedens. Dico duos ultimos Titulos esse Messiæ, qvibus indicetur

officium ejus, per qvod in regno gratiæ pacem; in regno gloriæ salutem habeamus. Dico Divinam Christi Naturam per hos duos Titulos non minus, qvam si omnes illi tribuerentur, probari posse, adeoqve nos hac interpretatione, nihil amittere; sed multum lucrari. Sisto ergo in illa explicatione tria præcipua Christianæ Religionis capita. 1. Messiam θεάνθρωπον. 2. DEum Unitrinum 3. Christum salutis nostræ Auctorem. Utinam igitur Dn. Opponens, cum dicit; Socinianos & judæos meam interpretationem ambabus amplecti, id verum diceret. Sic esset, qvod gratularemur. Ecclesiæ, nec in posterum judæos aut Socinianos in mundo haberemus. Si enim judæi & Sociniani hæc tria doctrinæ capita crederent, in reliqvis omnia faciliora forent. Cum vero Dn. Opponens sit S. S. Theol. Doctor non illi ignotæ erunt horum hominum hypotheses, & patebit, qvod qvamdiu sunt, qvod sunt, meam interpretationem recipere neqveant. Cur ergo mihi hoc objicit? Nonne & hic vel scientiam vel conscientiam desiderare possem? Miseret me hujus disputationis & tædet; Nam durius interdum, qvam vellem, loqvi cogor. Sed reprimam me. Lubens hoc peccatum committerem, ut omnes non solum judæos & Socinianos, sed etiam qvicqvid præterea est Hæreticorum & infidelium, hac opinione imbuerem, ut in posterum tres in uno DEO Personas, duas in Christo Naturas, & unum Christum pro nobis satis feciſſe nobisqve æternam salutem acqvisiviſſe, crederent. Si enim meam interpretationem ambabus amplecterentur, hæc omnia illos credere oporteret. Miror vero qvod scribat, judæos hanc interpretationem amplexuros. Ultimum Titulum Rabbinos infanti huic relinqvere notum est ex Abarbenel רשי, רד"ק, Lipman, Michlal jophi &c. Qvod vero illum אבי עד vocari velint, qvi Titulos dividunt, non memini. Si Dn. O. fundamentum sui asserti habet, proferat. Ego, si hoc judæi concesserint, ex eo inferam, illum etiam esse DEum. Idqve ex Rabbinorum hypothesibus. Michlal jophi ad hunc Titulum hoc habet. פירוש אבי עד שהוא קים לעולם והוא אבי הזמן. Argumentor: Qvicumqve æternus est & in æternum permanet, atqve etiam tempus, cum

cum illis, qvæ in tempore sunt, creavit (Hoc enim est, nisi qvid me fallit אבי הזמן) ille non est nudus homo, sed DEus. Hoc judæi negare non poterunt, nec volent, Cum R. Mosche ben Melech hunc Titulum ea significatione accipiat. Atqvi infans hic est אבי עד. E. Hic infans natus est DEus. Cum itaqve judæi hunc Titulum ex hypothesi Dn. Opponentis infanti huic tribuant, DEum illum negare haut poterunt. Sed statuant illi de Titulorum horum distinctione, qvicqvid velint: Nobis id clarum est, duos ultimos Titulos esse Christi seu Messiæ. Et ipse R. Mosche ben Melech, nisi suam explicationem retractare vult, aut etiam Accentuum vim & auctoritatem labefactare, a qvo tamen judæi abhorrent, concedat nobis oportet, hunc Puerum esse DEum. Atque hoc est, qvod non solum supra, verum etiam in illo Tractatu dixi, judæos nihil lucrari, nos nihil amittere. Et cum ego hoc illi ad hanc objectionem responderim, mirum est Dn. Opponentem hic illam objectionem repetere, nec tamen ad meam responsionem aliqvid reponere, debuisset monstrare, qvid Christianis damni aut judæis lucri ex hac explicatione, sicuti ego monstravi, qvid nobis ex illa lucri & illis damni. Si sine fundamento accusare sufficit, plures abusus ex illo Tractatu contra me allegari potuissent. Si vero solide mea refutare voluit, alia profecto via incedendum fuit. Num ad stipites & lapides; an vero ad homines rationales Dissertationem suam perventuram putabat?

§. XXX. Sed audiamus, quid præterea nobis narret. Sic vero pergit: *Meminisse debuissent illi Accentuum Doctores, Esaiæ verba in formulam proœmialem & effatum esse divisa, & Accentuum auctorem eam tenere consvetudinem, ut, quoties proœmialis formula nullum plenum sensum sistit, ille etiam in ea non subsistat, sed maximam distinctionem in partem sequentem effati projiciat. Qvod Es. XLIX. 4. patescit.* ואני אמרתי לריק יגעתי לתוהו והבל כחי כליתי. R. Scilicet hoc nesciebam, qvi primus genuina harum anomaliarum ratio qvæ sit, ordine proposui, atqve etiam hanc, ad qvam digitum intendit, explicavi. Vid. Diacrit. S. §. 211. 212. Sed meminisse debebat Dn. Opponens, se aërem verberare. *a*) Hic non est formula proœmialis:

oemialis : Sed habemus hic a) Actum b) Subjectum c) Effectum. Qvod in ipso Tractatu monstraveram. β) Datum exemplum non est ad rem. Loqvitur in objectione de formula proœmiali, qvæ nullum plenum sensum sistit : in allato exemplo vero formula proœmialis sistit plenum sensum. Nam in אני אמרתי habemus Subjectum & Prædicatum, adeoque plenam propositionem. γ) Est qvoqve exemplum hoc verbis Esaiæ dissimile. Qvia in illo non plura copulata ; sed diversæ propositiones occurrunt ; Cum Es. IX. una tantum sit propositio. Qvia ergo allatum exemplum & tota objectio ὄδεν πρὸς ἔπος, sine alia responsione atqve ullo meæ sententiæ damno illam dimittere possem : Sed qvia video, esse hic aliqvid, qvod objici possit, quamvis Dn. Opponens illud non recte proponat, nec fortasse viderit, propter alios, qvibus dubium illud incidere posset, pauca addam. Res vero sic se habet. Multiplicantur interdum propositiones, tum alias, tum qvoqve qvando plura copulata occurrunt, qvalia & hæc Es. IX. 5. non satis attendentibus videri possunt. Vid. Diacrit. S. §. 220. Sed hoc est ἀνώμαλον, ut l. c. videre est. Anomala vero & extraordinaria non sunt admittenda, nisi prægnans adsit causa & necessitas urgeat. Vid. Diacrit. S. §. 225. Alias qvidlibet ex qvolibet fingi posset, ac omnia perverti. Simulac aliqvid occurreret, qvod displiceret, anomalon esse dicere possemus. Ergo, ut a nativa & ordinaria vocis significatione, sic nec ab ordinaria vocum interpunctione sine causa recedimus. Qvæ vero causæ illæ sint, propter qvas anomaliæ statuendæ. §. 226. Diacrit. S. explicatum est. Juxta illa si hunc locum examinaverimus, non probari potest ׃ in גבור esse ἀνωμάλως positum. Nec ullam rationem nobis Dn. Opponens afferre potest, qvare ab ordinario hic sit recedendum. Nisi forte dixerit, ab aliis hactenus omnes Titulos ad puerum natum esse relatos. Sed si hoc valet, judæi dicere possunt, unum tantum suos Doctores ad puerum natum referre. Si nos exempla sine ratione tuentur, cur non judæos ? Alia hic ratio reqviritur, qvæ & nos & judæos doceat, qvid pravum aut rectum. Qvamvis vero in hac non sit anomalia, datur tamen in alia hujus Dicti voce. Nam ־ in ירעץ ἀνωμάλως positus juxta §. 220. c. & §. 226. Qvomodo hæc

Em-

Emphasis exprimenda & qvæ ratio ejus anomaliæ, in ipso Tractatu videre est. Ex qvibus omnibus harum literarum periti facile viderint, hujus objectionis nullam esse vim. Imperitis & harum literarum ignaris frustra hæc inculcamus. Qvamdiu enim qvis fundamentum hujus artis non recte percepit, de nullo exemplo S. Scripturæ recte judicare poterit.

§. XXXI. Pergit: *Si mihi objiciatur, Accentum* ֯ *in* פלא *alium sensum requirere, respondebo: hunc* ֯ *esse minorem, quam* ֯ *frequenterque eum sequi, si servus intercedat, uti Es. XXIX. 4. observamus* הֵידַ֨ח כְּא֤וֹב מֵאֶ֙רֶץ֙ קוֹלֶ֔ךָ. *Evolue si placet, Num IV. 7. ubi eadem Accentuum consecutio reperitur. Quoniam vero in nostro Esaiæ loco nulla vox servo afficienda prostat, ut excidat servus, necesse est, eodem modo, prout in aliis Accentibus idem fieri deprehendimus.* Sic ille. Si quæris, L. B. cum quo hic bellum gerat, me nescire scias, nisi forte cum umbra sua. Hic satis patet Dn. Opponentem mentem meam, & rem contra quam pugnat, ipsamque interpunctionis artem non recte percepisse. Unde sane mirandum, eum explicationem hanc refutare velle. Utrum hoc satis dignum sit persona Christiani, Doctoris Theologi, Professoris publici, nec ne, alii judicent. Nec ego, nec ullus eorum, qui Accentus rite tractant, ֯ majorem statuit, quam ֯ qui quoque cum adest, (non *frequenter*, sed) semper illum sequitur (*Præcedit* dicere debuisset ille, si præcepta artis suæ legendi C. II. §. VIII. p. 25. observare voluisset) intercedente servo ֫ excepto hoc uno exemplo Es. IX. Quæritur itaque, cum in uno hoc nihil intercedat, cur non ֫ ibi ponatur, ubi ֯ stat? Mysterium hic latere Accentus indicant, cum nihil frustra fiat. Quodnam illud sit, nec hic nec alibi Accentus indicant. Cum vero S. Scriptura alibi doceat, Tres Personas distinctas esse in una essentia divina, illud mysterium hic hieroglyphice & quasi NB. addito indicari dico. Nisi enim inter has Personas notabilis quædam differentia esset, juxta Diacrit. S. §. 245. talem interpunctionem non haberemus. Hoc in ipso Tractatu p. 19. (hic §. 17.) satis perspicue expli-

explicavi, atque non omnibus ad palatum fore, prævidi. Dn. Opponentem autem, cum hæc refutare vellet, non accuratius omnia examinasse, paratioremque ad refutationem accessisse, merito miramur. Sed sic placuit.

§. XXXII. Nunc coronidem contemplemur, quæ hæc est: *Si denique defectus Subjecti appellantis urgeatur, qui necessario adest, si omnia illa nomina Christo tribuantur: in promptu est responsio. omnibus enim, qui vel primis labris fontem Israëlis gustarunt, notum est, quod frequentissime Subjectum appellans subintelligatur. Vid. Glass. L. III. Tr. III. pm. 816. seqq.* Sic ille. Sed & hic sine adversario fortis est, Dn. Opponens. Omitti interdum illud Subjectum, non negatur. Hic vero, an omissum sit? quæritur, nec satis firmiter affirmatur per illud, quod alibi omittatur. Ab uno ad omne vel etiam alterum N. V. C. Ubi non est, ibi addendum aut subintelligendum esse, necessitas svadet: Ubi vero est, illud negligere & data opera verba ad alia omnia trahere velle, perversus & infelix labor est; præcipue hoc loco, ubi Accentus, ut qui maxime, contra nituntur.

§. XXXIII. Cum hæc Anno 1710. in Dissertatione Anti-Abichtiana ad objectiones Dn. Opponentis respondissem, eodem anno Dn. D. Abichtius edidit Artem legendi & interpretandi S. Scripturam. Hujus C. XXIII. agit de abusu Accentuum, quod, si quid judico, huic explicationi Oraculi Esaiani præcipue oppositi. Omisit ibi ea, quæ in Dissertatione sua, contra verba priora יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן־לָנוּ disputaverat. Quod factum, nisi me animus fallit, quia ipsum ineptiarum pœnituit atque puduit. Quæ vero de SS. Trinitate agunt, illa hic recoquit, & majori, quam antea, nisu hoc mysterium, quod orthodoxis Christianis merito maximi esse debebat, oppugnat. Quod cum ita sit, ad hæc quoque respondendum fuerit. Non equidem multum video, quod non in præcedentibus fractum atque prostratum sit; ne vero queratur, aliquid omissum vel neglectum, paragraphum III. hujus capitis XXIII. ordine examinabimus.

§. XXXIV. Cum in præcedentibus duos abusus rejeciisset

p. 200. sic pergit : *Abusus etiam Accentuum est , quando alii novi Accentuum Doctores ex ordine Accentuum mutuoque illorum respectu Trinitatis mysterium demonstrare audent.* R. Fatentur hoc , nec factum mutant : abusum esse , non credunt.

§. XXXV. Audiamus vero rem ipsam. *Factum hoc est occasione oraculi Jesaiani C. IX. 5. nobis revelati.*

ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי־עד שר־שלום׃

Quæ secundum Accentuum positum ita vertere voluerunt. Et appellabit nomen ejus || admirabilis \ consiliarius || DEus fortis |||| Patrem æternitatis , principem pacis ⊤ : R. In limine impingere , qvod hic Dn. Opponens facit , malum quondam omen erat. Versio juxta Accentuum positum multum ab hac diversa , ut supra §. 13. vidimus. Cur illam mutat & mutilat? Siccine facere decet ? Nonne sic in eam opinionem devenire possemus,Dn. Opponentem aut animo negligente aut malevolo hunc Tractatum legisse?

§. XXXVI. *Existimant , quod tres illi Accentus ֥ ֒ ֫ Tres Deitatis Personas denotent , ita , ut Pater admirabilis , Filius consiliarius ; & DEus fortis Spiritus S. appelletur.* R. Unde scit nos existimare Sakephkaton , Paschta & Tlischa gedola tres Deitatis Personas denotare ? Ex Tractatu illo hoc nunquam probabit. Tres illi Tituli hic Accentibus insignes S. S. Trinitatis Personas denotant ; Ad Accentus hos SS. Trinitatem non alligamus. Potuisset idem per alios Accentus indicari , si Spiritui S. placuisset ; quemadmodum alibi per alios fit , ut exempla in illo Tractatu adducta docent. Ex Accentuum consecutione colligimus hic latere aliquod mysterium , quodnam illud sit ex S. Scriptura & fidei analogia patescit. Nec quia hi tres Accentus adsunt , DEus est Trinus : sed quia in essentia divina Tres distinctæ Personæ , hos tres Accentus notabiliter distingventes adhibitos dicimus. Non ergo observat statum controversiæ , nec rem contra quam disputat , recte percepit. Quod primum in Disputationibus esse

esse debet. Si enim rem satis intellexisset, non hic aliquid alieni nobis tribuisset. Sed de hoc mox plura.

§. XXXVII. *Præterea negant cum judæis & Socinianis, quod illa nomina competant Messiæ, quod omnes Theologi hactenus defenderunt.* R. 1) Falsum est nos negare, quod nomina illa competant Messiæ, si de omnibus, quæ Es. IX. habentur intelligitur; verum est, si de quibusdam. Duo ultima sunt Messiæ; tria priora sunt S. S. Trinitatis. 2) Negamus omnia competere Christo, sed non eo modo, nec eo fine, quo infideles & hæretici. Frustra ergo nos accusat. Conf. supra §. 29. 3) Quod Theologi hactenus illa nomina Messiæ tribuerint, scimus; utrum non aliter fieri possit aut debeat? quæritur. Num semper & necesserio priorum interpretum explicationes retinendæ? Cur ergo ipse in sua arte a B. Luthero & vulgata recedit?

§. XXXIIX. *Dicunt illa esse nomina Trinitatis appellantis, ut sensus sit: Patrem, Filium & Spiritum S. appellasse Messiam Patrem æternitatis & principem pacis.* R. Sic putant, & scire desiderant, quid falsi aut mali in illo.

§. XXXIX. *Si rationem quæras, respondent* ֯ *Tlischam gedolam in* פלא *hoc docere, qui singulariter hoc loco positus.* R. Si rem recte perpendis, deprehendes, Dn. Opponentem non satis accurate Tractatum illum perlegisse, vel non recte intellexisse, vel etiam data opera nobis falsa affingere.

§. XXXX. *Nescio, quæ vis argumento insit: ubi specialis positus Accentus cujusdam est, ibi Trinitatis mysterium est absconditum: Vel ubi* ֯ *Tlischa gedola specialiter ponitur, ibi est Trinitatis mysterium.* R. Si nescit, dicam: Vis argumento huic nulla inest: Totum est ineptum & nugatorium. Ego vero nescio unde Dn. Opponens hoc argumentum desumpserit, aut cum quibus disputet. Si nostrum hoc argumentum esse putet, injuriam nobis facit. Ne somniantibus quidem tales nobis nugæ incidunt. Mirari satis non possum, Dn. Opponentem, cum contra nos disputare vellet, non melius rem prius exquisivisse. Quid gloriæ ex eo sperare potest, quod nobis falsa affingit? Sibi ipsi quoque contradicit. Antea dixit, ut §. 36.

vidimus

vidimus, tres Accentus juxta noſtram opinionem denotare Tres Perſonas Deitatis: Hic loquitur, quaſi ex ſolius Tliſchæ Gedolæ præſentia SS. Trinitatem probemus. Quorum alterum alteri contrarium, & utrumque falſum.

§. XXXXI. *Inſtant, nullibi in S. Scriptura* ֯ *Tliſcha gedola immediate antecedit* ֯ *Paſchtam.* R. Hoc non ſolum nos dicimus, ſed & qvivis fatebitur, qvi vel ſemel S. Codicem perlegerit.

§. XXXXII. *Sed quid inde? Quis tam abſone inferat, hoc fieri ob Trinitatis myſterium?* R. Dicat vero nobis, quis talem ſyllogiſmum fecerit, aut quis ſic inferat? Cum Dn. Opponens pugnandi cupidus eſſet, non vero hoſtem reperiret, cum larvis & cerebri ſpectris bellum ſuſcepit. Ego in illo Tractatu mentem meam ſatis aperte explicavi, quam ſi percipere vel nequit vel non vult, bellum cum ſuis ſomniis gerat, quamdiu lubet.

§. XXXXIII. *Sæpius in Scriptura* ֯ *Tliſcha gedola antecedit* ֯ *Paſchtam v. g. Eſ. 29. 4. Num. 4. 7. Nulla hic latent myſteria.* R. Idem & nos dicimus, nec aliter unquam ſenſimus: Cum quo ergo bellum gerit?

§. XXXXIV. *Excipiunt, in his locis inter* ֯ *Tliſcham gedolam & ֯ Paſchtam intercedit ſervus* ֯ *Mahpach.* (R. Id quilibet videt, nèc noſtra exceptione hic opus) *Reſpondeo, quod hoc ideo fiat, quia inter illos Accentus vox intercedit, quæ ſervo eſt notanda, in Eſaiæ vero loco ejusmodi vox non proſtat, ergo ſervus jure omittitur. Ubi enim nullæ voces ſervo notandæ proſtant, ſervi omittuntur, quod in quavis Scripturæ pagina evenire ſolet.* R. Cur, quæſo, Dn. Opponens fruſtra vires conſumit & operam ludit? Non hic quærimus, cur ſervus non intercedat? Hoc enim fieri non poteſt: Sed hoc quæritur, cur ֯ Tliſcha gedola diſtinctivus magnus Paſchtæ ponatur loco ſervi, qui ibi requirebatur. Hoc eſt extraordinarium, imo ſingulariſſimum, quod ſibi ſimile in toto Codice S. non habet. Hoc non eſſe fruſtra factum, aſſero. Quæ vero ratio? Reſponſionem deſumo ex Diacrit. S. §. 245. & dico: Quia notabilis rerum ibi explicatarum diſtinctio indicatur. Plura ex Accentibus colligi non poſſe, videre eſt §. 245. Diacrit.

S. & supra §. 8. Reliqua legitimum Scripturæ scrutinium suppeditat. Quia tria hic reperimus tam notabiliter distincta, atque tria illa, ut Accentus monent, Subjectum denominans constituunt. Quæro; Quis ille denominans? Cur tribus Titulis insignitur? Cur tam notabili distinctione? Ad hæc respondendum. Quid mihi videatur, exposui. Quæ etiam veris SS. Trinitatis cultoribus non displicebunt. Quis enim non delectaretur, cum videt, interpunctionem S. Codicis orthodoxæ Christianorum doctrinæ tam accurate respondere? Sed videamus etiamreliqua.

§. XXXXV. Postqvam satis diu cum umbris & larvis depugnavit, quasi re bene gesta ἐπινίκιον, sed tamen ante victoriam, canit. *Desistite itaque Accentuum ignaris imponere, vestrisque novis mysteriis ex Accentibus erutis vos aliosque decipere.* R. 1) Qui alios fraudis & impostura accusat, quam nec probavit nec probabit, quo titulo dignus? 2) Qui Accentuum gnari, non dicent, nos Accentuum ignaris imposuisse. Quod vero illi, qui rem, contra quam disputant, non capiunt, nec intelligunt, nos tanquam impostores & deceptores traducant, partim dolendum, partim ridendum. Ridendum, homines reperiri, qui de rebus, quæ non intelligunt, judicant, & contra ea, quæ non capiunt, disputant: Dolendum vero, esse homines, qui ea, quæ refutare volunt, non prius recte discunt.

§. XXXXVI. *Rapitis Salvatori Titulos a Spiritu S. illi tributos.* R. Bona verba qvæso! Non est viri boni aliis sua rapere: fateor. Sed nec est viri boni innocentes rapinæ accusare: fateberis. Probetur prius, hos Titulos a Spiritu S. Messiæ esse tributos, (Ad quod profecto alia argumenta, quam inepta illa, quæ hactenus vidimus, requiruntur) deinde judicium de rapina fieri poterit. Sed priusquam judicium hoc instituatur, videamus, quis reus in hoc judicio. 1) Per nostram interpretationem ea gloria SS. Trinitati tribuitur, quod nobis miseris hominibus Messiam mittere decreverit, eumque constituerit Patrem æternitatis & Principem pacis, h. e. talem per quem solum vitam æternam in regno gloriæ; pacem vero & bonam conscientiam in regno gratiæ habeamus. Nam per יקרא cum DEO tribuitur, non verbale, sed reale quid intelligitur. Hanc gloriam invident S. S. Trinitati, qui

Accen-

Accentus sequi nolunt, adeoque, quæ S. S. Trinitati debentur, illi rapiunt. 2) juxta nostram explicationem Tituli Messiæ tribuuntur a tota S. S. Trinitate, juxta explicationem eorum, qui Titulos dividi nolunt, ab hominibus Tituli illi imponuntur. Judicet nunc, qui non omnium rerum rudis & ignarus, utrum gloriosius Messiæ, a tota S. S. Trinitate, egregiis ornari Titulis, an vero ab hominibus? Titulus ab imperatore Romano, vel Monarcha alio concessus majoris profecto æstimabitur, quam, qui a rustico aut plebejo confertur. Hanc gloriam invident Christo, illamque illi rapiunt, qui Titulos dividere nolunt. 3) Fundamentum omnis nostræ spei & solatii fulcrum est officium Christi mediatorium. Num vero hoc fundamentum non est solidius, si ab ipso DEO constitutum, quam si ab hominibus celebratum sistitur? juxta Accentus tota S. S. Trinitas hoc fundamentum locat; juxta eos, qui Accentibus repugnant, ab hominibus tantum celebratur. Quid vero, si tentatus dubitare inciperet de firmitate & soliditate hujus fundamenti? Audio quidem, dicere posset, Messiam ab hominibus ita vocari & celebrari, sed quis scit, an talis sit, qualis jactatur? Homines sæpe falluntur, nec omnia, quæ laudantur, sunt, quod audiunt. Si vero a DEO hoc nostri solatii fundamentum constitutum audimus & credimus, nihil dubitationis relinquitur. DEus enim fallere nescit. Judicent nunc, qui possunt, cujus spes & solatium firmiori fulcro nitatur? judicent, qui possunt, annon qui Titulos dividere nolunt, pavidis conscientiis solatii sui firmitudinem rapiant? Si ergo nos rapinæ accusant & quidem simplicis, nos illos triplicis rapinæ accusare possumus, & quidem potiori jure, cum interpunctio stet pro nobis. Hanc dicam vero non scribo piis veterum Interpretum manibus. Illi non dividunt Titulos, quia fundamentum ejus divisionis, non viderunt, non repugnaturi, si vidissent: Qui vero nunc illud vident & tamen dividere nolunt, excusationem vix habent. Sed manum de tabula, Magister adest.

§. XXXXVII. *Nunc etiam ostendam, quod tria ista nomina, non appellantis, sed appellati Messiæ sint nomina.* R. Montes parturiunt, quid nascetur? *Notum est quod Accentuum auctor formulas*

proœmiales, quales sunt; Et dixit & appellavit nomen ejus &c. sequenti membro annectat & in ipso effato distinctionem majorem ponat. R. Supra §. 30. ad hanc objectionem satis est responsum, ut non opus sit, hic plura addere.

§. XXXXIIX. *Cum in nostro Esaiæ loco verba: Et appellabit nomen ejus exhibeant formulam proœmialem, mirum non est, quod illa sequenti membro in lectione sit annexa & major distinctio : Sakepho indicata in effatum & quidem in vocem* אל גבור *sit rejecta. Cur quæso verba illa hoc modo distincta, nostrum sensum non admitterent:* Et quivis vocabit eum || admirabilem | consiliarium ||| DEum fortem |||| Patrem æternitatis | Principem pacis ? R. Cum hæc phrasis ad formulas proœmiales non pertineat, multo minus hic anomalam aut extraordinariam interpunctionem esse, probari queat, verba illa eo modo distincta, sensum, quem Dn. Opponens vult, habere nequeunt. Præcipue, quia sic aliquid, quod in Textu non est, nempe *quivis*, addendum est: Cum tamen omnia additamenta vitanda sint, quamdiu verba per se commodum sensum sistunt. Rationem pro sua sententia prægnantem nullam hactenus protulit. Omnia enim, quæ ab illo objecta, meram Elenchi ignorationem spirant.

§. XXXXIX. *Quod* ויקרא *vel impersonaliter*, vocabitur *vel personaliter* quivis vocabit, *commode ex idiotismo lingvæ vertatur, Glassius Phil. L. I. Tr. I. Loco. LIX. pm. 142. contra Huntlæum prolixe docuit.* R. Laudamus B. Glassii laborem. Cum interpunctio Ebræorum nondum satis cognosceretur, non erat aliud medium retundendi hæreticos, nisi ad hunc idiotismum confugeretur. Num vero Huntlæus aliique Pontificii hic non habent, quod regerant? Qui Accentus sequuntur, multo facilius & solidius S. Scripturæ integritatem defendunt. Hæc enim interpunctio non nisi Activum patitur, adeoque certiores nos reddit de genuina vocis ויקרא punctatione, Conf. supra §. 14. & 32.

§. L. *Ideo etiam LXX. vocem illam* καὶ καλεῖται & vocatur *Chaldæus* ואתקרי שמיה & appellabitur nomen ejus, *Vulgatus*, & vocabitur nomen ejus *optime ductu idiotismi frequentissimi reddiderunt.* Respondebimus Dn. Opponenti ex Dedicatione Artis suæ, ubi & seri-

& scribit : Nullam versionem adæquate sensum hebræi codicis cum ponderibus repræsentare, solumque authenticum Textum infallibilem esse omnes confitentur. Ubi pollicem illi premimus. Si igitur Versiones nobis objicere vult, demonstret quoque, illos hic sensum cum ponderibus repræsentare. Versiones in quæstione de integritate S. Scripturæ Pontificiis favent; Interpunctio Textus authentici nobis. Num ergo hac neglecta ad illas satis prudenter provocamus? Quid vero si demonstrarem Versiones omnes non esse mihi contrarias. Verba Chaldæi Interpretis ואתקרי שמיה מן קדם מפליא עצה אלהא גברא קים לעלמיא משיח דשלמא יסגי עלנא ביומוהי quamvis ab aliis aliter vertantur, etiam sic verti possunt : Et vocatum est nomen ejus a mirifico, consilio, (h. e. Consiliario per Metonymiam adjuncti pro subjecto) DEO forti, manens in æternum, Messias (hic exprimitur vox שר) cujus pax multiplicatur super nos in diebus ejus. (his exprimitur vox שלום). Quid obstat huic Versioni? 1) Verba illam patiuntur. 2) Cum in Ebræo ille sensus sit, cur non a Chaldæo expressum dicemus? Sed fortasse nullus judæorum sic explicat. Hoc cæcitati & contumaciæ istorum acceptum feratur. Dum enim DEum Unum Trinum non credunt, non mirum est illos non recte explicare. Christianos vero reperiri, qui cum judæis & Antitrinitariis in tanta luce verum videre nolunt mirandum.

§. LI. *Nec alii præterquam recentiores judæi, Kimchi & Raschi hoc oraculum de Hiskia explicant, adeoque nomen DEI fortis ab illo removere debent, aliter explicuerunt.* R. Omnia tunc bona sunt clausula quando bona. Sed nec in hac aliquid sani. 1) Non solum רשי & רדק hoc Oraculum de Hiskia explicant; sed etiam alii, quos supra §. 19. citavimus. Et Dn. M. C. B. Michaëlis de Nominibus Christi §. XXIII. vult recentiores judæos omnes de Hiskia id vaticinium interpretari. Quin etiam Veterum judæorum quidam hæc verba de Hiskia, quæ hujus populi cæcitas est, intellexerunt. 2) Si putat, omnes judæos priores hæc verba ita, ut hactenus nostri illa interpretati sunt, accepisse, errore non parvo ducitur. Nostri quinque hic Titulos numerarunt; judæi antiqui octo. Quod fieri posse, remotis

Accen-

Accentibus, supra §. 3. indicavi. 3) Vult, eos, qui hoc oraculum de Hiskia explicant, nomen *DEI fortis* ab illo removere debuisse: Verum enim vero non substiterunt ibi, sed ulterius progressi etiam אבי עד, invitis Accentibus ab illo separarunt. Quamvis omnibus non eadem mens fuerit. Etiam in antiquioribus fuerunt, qui cum octo hic Titulos esse putarent, omnes Hiskiæ tribui voluerunt. 4) Sed de hoc non ero prolixior. Quid illi statuant non quærimus. Una interpunctio nobis pluris est, quam omnes judæorum explicationes.

§. LII. Atque sic vidimus, omnes illas objectiones esse nihili & Dn. opponentem non solum meam interpretationem non evertisse, sed ne quidem contra quid disputet, scire. Quod cum ita sit, & hæc explicatio Oraculi Esaiani, quam dedi, analogiæ linguæ & fidei respondeat, Accentuatione nitatur, Christianis magis prosit, judæis magis obsit, Tres Personas in una divina essentia monstret, Characterem Personarum tum ad intra, tum ad extra indicet; Christum θεάνθρωπον ejusque divinam Naturam per ultimos duos Titulos satis firmatam sistat; Gloriam S. S. Trinitatis magis illustret, Messiæ Gloriam augeat; solidius solatii fundamentum hominibus ponat, magis nobis contra Hæreticos prosit in Articulis de S. Scripturæ integritate, de DEO, DEO Christo, aliasque multas egregias meditationes suggerat, merito illam amplectimur. Si Diabolus ringitur & indignatur, hæc tam egregie nobis in V. T. esse depicta non illud miremur, nec molestе feramus, sed potius cogitemus, illum in Ebraismo non frustra a שטן nomen accepisse.

§. LIII. Sed hæc sufficiant. Et sufficient scio æquis & peritis rerum æstimatoribus. Si qui sunt, qui hanc Verborum Esaiæ explicationem oppugnare in posterum volunt, rogatos eos volo, ut meliora & solidiora, quam quidem hactenus vidimus, in medium proferant, nec se erudito mundo deridendos propinent. Meliora docentem promptus sequar. DEus vero qui veritas est, & veritatem amat, corda omnium illuminet, ut videant mirabilia legis ejus. Amen.

S. D. S. G.

(o)

Bu 3

TETRAS NOTABILIVM S. SCRIPTURÆ LOCORUM,

JUXTA ACCENTUS RESOLUTA BREVIBUSQUE NOTIS ILLUSTRATA,

QUA

I. ULTIMA VERBA DAVIDIS,

Ex 2. Sam. XXIII. v. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

II. SOLATIUM INJUSTE EXCOMMUNICATORUM,

Ex Es. LXVI. v. 5.

III. MISERICORDIA DIVINA,

Ex Jer. XXXI. v. 20.

IV. COMPLEMENTUM SEPTIMANÆ SEPTUAGESIMÆ,

Ex Dan. IX. v. 27.

THEOLOGORUM ET PHILOLOGORUM JUDICIO EXHIBENTUR

A

JOH. FRANK,

MEKLENB.

NEO-BRANDENBURGI,

Characteribus DOBBERTHINIANIS, Anno MDCCXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0047

DFG

DEI UNI-TRINI
ET
JESU CHRISTI
θεανθρώπε
REGIS, SACERDOTIS ET PROPHETÆ
GLORIÆ

Atque

HOMINUM PIORUM INJUSTE OPPRESSORUM
SOLATIO

S.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0048
DFG

JESU FELICITER
MODERANTE!

LOCUS PRIMUS.

CHristus, qui est via veritas & vita, veram ad vitam æternam viam monstraturus inquit Joh. XVII. 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ubi duo præcipue cognoscenda sistit (quæ quoque maxima sunt Christianismi mysteria) nempe Articulum de DEO & de Christo. De utroque, quæ credenda, in Scriptis N. T. satis clare explicantur. De DEO sciendum, quod sit unus in Essentia & Trinus in Personis. De Christo est credendum, quod θεάνθρωπος ille sit Rex, Sacerdos & Propheta s. Doctor. Non vero solum Christiani in N.T. hoc scire & credere debent; sed etiam pii in V. T. hæc sciverunt & crediderunt. Hoc vel sola ultima verba Davidis testantur; Quamvis Versiones & Interpretes, quos quidem vidi, hoc in illis verbis non satis aperte viderint, nec aliis explicaverint. Cujus unica, ni fallor, causa est, quod puncta illa, quæ Ebræis טעמים vocantur vel rejecerint, vel ignoraverint, aut tamen non recte applicaverint. Quod cum ita sit, juxta Accentus hæc verba verum illorum sensum monstraturi explicemus. Qui rerum indicatarum prolixiorem explicationem desiderant, alibi illam in Commentariis & Systematibus, ubi

ubi de DEO & Christo agitur, invenient. DEUM vero Unum & Trinum Christumque θεάνθρωπον, qui non solum Rex & Sacerdos, sed etiam Doctor fallere & falli nesciens, rogamus, ut in omnem veritatem nos ducat. Amen.

Ultima verba Davidis reperiuntur 2. Sam. XXIII. v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Quorum connexio hæc est.

Th. Ultima verba Davidis : eorumque.

I.) Efficiens { א) Ministerialis - - - v. 1.
כ) Principalis { a) specialius explicata - v. 2.
b) generalius - - v. 3.

II.) Materia s. Objm. { א) bonum per comparationem disfimilium, ubi { a) πρότασις v. 4. / b) ἀπόδοσις v. 5.
כ) malum. Ubi malorum { a) mores - v. 6. / b) exitus - v. 7.

v. 1. Causa effic. ministerialis : ubi

I) Causatum { א) ponitur, ubi { α) Subjm. וְאֵלֶּה / β) Præd. דִּבְרֵי דָוִיד } Etiam hæc *sunt* verba Davidis,
כ) restringitur - הָאַחֲרֹנִים } *& quidem* ultima :

II) Causa descr { א) generalius ratione
{ a) personæ { a) ponitur נְאֻם דָּוִיד / b) exponit. בֶּן־יִשַׁי } Dixit David Filius Isai ;
{ b) status { a) subjective וְנְאֻם הַגֶּבֶר / b) in se הֻקַם עָל } Et dixit vir constitutus excelsus :
כ) specialius ratione
{ a) dignitatis { a) in se מְשִׁיחַ / b) orig. אֱלֹהֵי יַעֲקֹב } Unctus DEI Jacobi,
{ b) effect. { a) in se נְעִים / b) rat. med. זְמִירוֹת יִשְׂרָאֵל } & jucundus Psalm. Israelis *(dixit.)*

Prius

Prius hemistichium s. causatum, quia quatuor vocibus constat, per se pasucum constituere potuisset jx. D.S. §.44. hic vero seqq. cohæret. Quod indicat ardorem Autoris θεοπνεύστου rem ipsam explicare gestientis & festinantis. D. S. §. 248. In priori H. prædicatum distrahitur jx. §. 220. δ. ut accuratius & distinctius consideremus ea, de quibus est sermo jx. §. 245. Quod in Versione, ut potuit, exprimitur per *& quidem*. In posteriori H. prædicata etiam distrahuntur jx. §. 220. γ. ob eandem rationem, unde in fine aliquid addendum. Macceph aptum relationi, quæ est inter patrem & filium. §. 245.

De genuino hujus pasuci sensu Vid. Diacrit. S. §. 284.

Aphor: 1.) Ultima piorum verba notatu digna 2.) In dignitate constituti etiam rebus divinis studere possunt & debent. 3.) Magistratus est a DEO. 4.) Magistratus officio etiam pii fungi possunt. 5.) In dignitate constituti ne obliviscantur parentum humiliorum. 6.) Magistratus est honorandus הקם עד 7.) Magistratus meminerit, se esse a DEO & sub DEO. 8.) Magistratui solatio sit, quod a DEO institutus, qui etiam defendet. 9.) Qui in officium se ingerit illudque malis artibus consequitur, de divino auxilio certus esse non potest 10.) Musica non est simpliciter rejicienda. 11.) Poësis non dedecet pios. 12.) Musica & Poëtica ad res turpes & obscænas ne abutamur.

v. 2. Causa effic. principalis specialius s. terminatim considerata. ubi

I) Afflatus s. instinctus, ejusq;	(א) Subjm.	רוח יהוה	Spiritus Jehovæ
	(ב) Præd.	דבר־בי	locutus est per me;
II) Effectus ubi	(א) Subjm. -	ומלתו	& verbum ejus
	(ב) Præd. - -	על־לשוני׃	*est* super lingva mea.

Macceph prius aptum est inspirationi Sp. S. qua impulsus expedite & prompte eloqui poterat, quæ alias homo, ne quidem mente comprehendere valet. Posterius aptum affectui cupide audientis firmiterque verba Sp. S. retinentis. Majores loco minorum attentionem & reverentiam majorem erga hæc verba requirunt: V. D. S. §. 245. & 248.

Quamvis in utroque hemistichio idem dici videatur, rectius tamen

tamen rem perpendentes videmus in priori indicari afflatum Sp. S. & divinam ἔμπνευσιν; in posteriori vero ἐμπνεύσεως hujus effectum. Conf. 2. Tim. III. 16.

Aphor. 1.) S. Scriptura est verbum DEI. 2.) E. S. Scriptura est magni facienda diligenterque legenda & meditanda. 3.) Qui S. Scripturam negligit aut parvi pendit, ipsum Sp. S. S. Scripturæ autorem contemnit & offendit. 4.) In una essentia divina sunt plures distinctæ Personæ. 5.) Spiritus S. est Persona a Patre & Filio distincta. 6.) Homo sine auxilio Spiritus S. divina non percipit, nihilque in spiritualibus efficit. 7.) Revelatio divina & illuminatio non est a principio interno, sed externo.

v. 3. Effic. Princip. generalius considerata.

I) Ponitur est q:
- א) Pater s. Prima SS. Trinit. Persona. Ubi
  - *a)* Præd. - - אָמַר — Dixit
  - *b)* Subjm. אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל — DEus Israëlis
- ב) Filius s. Secunda SS. Trin. Pers. ubi
  - *a)* Præd. לִי דִבֶּר — mihi locutus est
  - *b)* Subjm. צוּר יִשְׂרָאֵל — rupes Israëlis: *illa nempe rupes q. est*

II) Exponitur posterius prioris hemistichii membrum ratione officii, quo Filius s. Messias fungitur, in vita
- א) utraque (q. est Regium) מוֹשֵׁל בָּאָדָם — dominans hominibus,
- ב) præsente, q. respicit salutis
  - *a)* acquisition. (q.e. Sacerdotale) צַדִּיק — justus,
  - *b)* application. (q.e. Prophetic.) ubi
    - a) actus מוֹשֵׁל — parabolice docens
    - b) objm. יִרְאַת אֱלֹהִים: — timorem DEI *(loquit. mihi)*.

Duplex accentus aptissimus rebus, de quibus agitur & redigit nobis in memxriam utrumque cœtum subditorum Messiæ hic militantium & ibi triumphantium. Vid. D. S. §, 272. Posterius H. q. est explicatio

plicatio posterioris membri prioris hemistichii ab illo, ad quod pertinet, divellitur. (Nam maxima distinctio debuisset esse in ישראל ante דבר §. 191.) Hoc fit, ut omnis partes officii Messiæ distinctius & accuratius consideremus, illumque non tantum ut ἄσαρκον adspiciamus, qualem in V. T. habuerunt (de quo verba: לו דבר צור ישראל intelligi possunt) Sed etiam ut ἔνσαρκον, qualem illi in V. T. crediderunt, nos vero in N. T. habemus. Vid. Diacrit. S. §. 226. 245. 248. In posteriori hemistichio nullum verbum reperitur, ergo ex priori H. illud est repetendum. V. D. S. §. 76. 220. 223.

Per אלהי יעקב intelligitur prima SS. Trinitatis Persona s. Pater. Nec obstat, quod אלהים plurale hic adhibeatur. Nam vox hæc accipitur vel pro tota S. S. Trinitate, cujus exempla passim obvia: vel pro una S. S. Trinitatis Persona; Quod videre est Ps. XXXXV. 8. ubi & ungens & unctus אלהים vocatur. Per צור ישראל recte intelligimus Filium, in quem pii V. T. crediderunt, ad quem, tanquam ad firmissimam rupem & munitionem confugerunt, in quo vitam & salutem invenerunt. Ps. XIIX. 3. Es. XXVI. 4. Dan. IX. 17. Act. XV. 11. 1. Cor. X. 4. 1. Petr. II. 4, 7. Quando hunc pasucum sic explicamus, manifestum est, Spiritum S. frustra verbis non luxuriare, sed diversis verbis diversas res accuratissime indicare. Hic filius s. Messias in posteriori H. considerandus sistitur secundum triplex officium. Est enim α) *Rex* & dominatur hominibus. Num vero non etiam reliquis creaturis? Omnino! Sed hic considerantur subditi ejus, quatenus beneficiorum passione & morte hujus rupis partorum participes fiunt. Quod fit in regno gratiæ, ubi Christi beneficia offeruntur & credentibus applicantur; in regno gloriæ vero adhuc majora accipiunt, qui bona, quorum in regno gratiæ participes facti, recte usurparunt. β) *Sacerdos* qui justus pro injustis seipsum, obtulit, ut illis justitiam acquireret, illosque justos redderet. Vocatur enim hic צדיק non respectu sui & in se; sed potius respectu nostri & effective. Conf. Es. LIII. 1. Zach. IX. 9. Jer. XXIII. 6. I. Joh. II. 1. 1. Cor. I. 30. Cum enim titulus antecedens & sequens Christo respectu hominum tribuatur, cur hunc medium ad homines non referremus?

γ) *Pro-*

γ) *Propheta* & Doctor מורה ודרת אלהים. Nam משל non ſolum ſignificat *dominari*; ſed etiam *docere* & quidem per parabolas. Hoc optime convenit Meſſiæ, qui hac methodo docendi uſus eſt. Si משל hic quoque dominandi ſignificationem haberet, idem hic, diceretur & doceretur, quod per primum titulum, quæ luxurians παυτολογία foret, qualis nunquam in S. Literis occurrit, dummodo verba illorumque connexio & interpunctio accuratius perpendantur. Objici quidem poteſt, in primo titulo indicari rem ipſam, in tertio vero modum; ſed reſpondetur: Sic verba aliter cohærerent, nec res & modus rei divellerentur inſerto צדוק; ſed צדוק ultimo loco poſitum eſſet. Nec enim mos eſt Sp. S. ordinem verborum & rerum ſic turbare. Mutatur hic quoque conſtructio, unde nemo mirabitur, ſi & ſignificatio mutatur. Si dominandi ſignificatio in fine retinetur, non poteſt id fieri ſine additamento: Nam niſi ב in וראת omiſſum dicamus, ſenſum plenum non habemus. Cur vero aliquid adderemus, ubi verba per ſe plenum ſenſum gignunt? Quem eo magis tenere debemus, quia ſic triplex Chriſti officium hic eleganter & clariſſime deſcriptum videmus.

Aphor. 1.) Prophetæ ſcripſerunt inſtinctu divino. 2.) E. Credendum eſt Prophetarum verbis. 3.) Myſterium S. S. Trinitatis in V. T. non fuit ignotum. 4.) Pii V. T. officium Meſſiæ diſtincte cognoverunt. 5.) juſtus Meſſias hominibus juſtitiam acquiſivit. 6.) Injuſtitiam ſuam qui ſentit, Chriſti juſtitiam ſibi applicet. 7.) Informatio ſimpliciſſima & planiſſima eſt utiliſſima. 8.) Firmiſſima munitio piorum tam V. quam N. T. eſt Meſſias. 9.) Fruſtrantur extra Meſſiam ſecuritatem & ſalutem quærentes. 10.) Chriſto Regi obediendum. 11.) Qui Chriſti Regis ſunt ſubditi, non timent minas mundi. 12.) Juſtum & juſtificantem, juſti & juſtitiam amantes ſequamur. 13.) Præcipuum argumentum religionis Chriſtianæ eſt timor Domini. 14.) Qui DEum non timet, non eſt genuinus Chriſti diſcipulus & ſubditus. 15.) Doctores ita ſuos auditores inſtituant, ut DEum filialiter timeant. 16.) Conciones ſimplices non ſunt contemnendæ. 17.) Qui rudis in ſpiritualibus Chriſtum Doctorem audiat. 18.) Doctores eccleſiæ non tam artem oſtentent, quam auditorum utilitatem quærant. v. 4.

v. 4. Naturalis naturalium ordo.

I) In cœlo, ubi	א) adjunct.		וכאור בוקר	Equidem poſt lucem diluculi oritur ſol:
	ב) actus		יזרח־שמש	
II) In terra, ubi	א) conditio, ejusq;	*a)* Subj.	בוקר	Diluculum ſine nubibus *(ſi fuerit)*
		b) adj. neg.	לא עבות	
	ב) conditionatum, ubi			propt. ſplendor. *(qui eſt)* poſt pluviam herba ex terra (*naſcitur.*)
		a) cauſa	מנוגה ממטר	
		b) cauſatum	רשא מארץ:	

Macceph accommodatum rebus. Diluculum & ſolis ortus cohærent: Statim enim poſt diluculum ſol oritur. מנוגה־ממטר non conſtructa cohærent, ad indicandum horum duorum nexum, ſiquidem terra aliquid proferre debet. Ut æſtus ſolis & pluvia nimia nocent, ſic utrumque bene temperatum & per vices rediens prodeſt. V. D. S. §. 245. Et quia non conſtructa vinculum requirunt, hoc aliud eſſe non poteſt, quam quod verſio exhibet: Niſi dicere velimus, particulam ו eſſe omiſſam. Vid. D. S. §. 70. 71. Sic verſio eſſet: Propter ſplendorem & propter pluviam herba ex terra. Senſus idem manet, licet non tam clarus. In toto poſteriori H. nullum eſt verbum. Illud ergo addendum. Quodnam vero illud ſit, facile videmus. *Creſcit, naſcitur, prodit* vel ſimile hic requiri nemo non conceſſerit. Recte ergo B. Lutherus hoc addidit. Particulas connectendi ſæpe ab Ebræis omitti, Philologi & Grammatici annotarunt. Vid. Troſt. Gram. L. II. c. IV. p. 193. Sennert. Idiotiſm. Can. XXXVI. p. 30. Idem fieri in poſteriori H. videmus. Cum vero nexus ibi non alius, niſi conditionalis eſſe poſſit, hic quoque addendum fuerit, quod in verſione videmus. Conf. Pſ. LXXXXI. 7. Pſ. CIV. 22. 28. ſeqq. Deut. XXX. 8. 2. Reg. V. 13. Prov. I. 5. ubi etiam conditionalis omittitur.

כ. in כאור hic tempus notat, atque ſic commodiſſime per *poſt* expli-

explicatur, ut Gen. XIIX. 10, 14. כעת חיה post tempus vitæ h. e. post annum, nempe tempus illud, quo homines vitam suam dimetiuntur. Sunt, qui hunc pasucum de Messia ejusque regno intelligunt: hoc vero non patiuntur verba initialia sequentis pasuci quinti כי־לא־כן ex quibus satis patet, esse hic comparationem dissimilium, nempe rerum naturalium v. 4. & spiritalium v. 5. Naturales res naturalia media & ordinem naturalem requirunt. Hoc probat 1.) exemplo ex cœlo petito, ubi sol sine diluculo præcedente non oritur. 2.) ex terra, ubi nihil crescit sine caloris & humoris temperamento & vicissitudine: Sed in spirituali hoc beneficio, de quo agit, nihil horum aut similium requiritur, ut in seqq. docet. Ubi indicat, beneficia in Davidem collata totum naturæ ordinem transcendere atque excellentiora esse omnibus rebus terrenis.

Aphor. 1.) DEus in natura certum ordinem constituit, quem res physicæ sequuntur. 2.) Cœlum influit in hæc inferiora. 3.) Solis calor & pluviæ humor sunt magna DEI beneficia. 4.) Qui rebus naturalibus indigent & fruuntur, DEum naturæ autorem, conservatorem, gubernatorem colant & celebrent.

v. 5. Spiritualis spiritualium rerum conditio. Ubi

I) Thesis { א) posita - כי־לא־כן ביתי — Verum non sic
ב) restricta - - עם־אל — est domus mea apud DEum

II) κατάθεσις

א) affirmative

a) posita, ubi { a) objm. { 1) intimatur כי — quia
2) explicat. ברית עולם — fœdus æternum

b) actus - - שם לי — constituit mihi (*quod*)

b) amplificata ab { a) exornatione ערוכה בכול — Instructum omnib. (*bonis*)
b) conservatione ושמורה — & conservatũ.

ב) negativa, ubi { *a*) Subjm. כי־כל־ישעי וכל־חפץ — Nam omne auxil. meum
b) Præd. כי־לא יצמיח: — omneq; stud. profecto non proferet.

Macceph prioris hemiſtichii aptum ardori aſſeverantis. V. D. S. §. 248. poſterioris H. ſub כ ו ſervit univerſalitati. Omnia in univerſum, quæcunque & quotcunque in homine reperiuntur, nihil valent ad impetranda beneficia illa ſpiritualia. Ultimum inter non conſtructa, etiam ſervit aſſerentis ſtudio ut in priori hemiſtichio. In poſteriori H. ſub ־ aliquid ſubintelligendum omiſſum eſſe, ſatis patet. Relativum itaque, quod alias ſæpe omittitur, addendum, niſi verbum repetere velimus h. m. *conſtituit inquam* fœdus inſtructum &c.

Eſſe hic diſſimilium collationem ad paſucum præcedentem dictum, & ex primis hujus paſuci verbis tam clarum, ut a nullo negari poſſit. Diverſitas vero in his conſiſtit, ut ex collatione utriusque paſuci colligitur. 1.) Res phyſicæ naturæ ordinem ſeqvuntur: ſpiritualia ſunt a DEO ſupernaturaliter. 2.) Res phyſicæ media naturalia requirunt; ſpiritualia humanis viribus, conatu aut opere non impetrantur. 3.) Naturalia ſæpe mutantur; ſpiritualia ſunt æterna. שמורה. עולם. Ubi poſterius explicat prius. עולם indicat, hoc fœdus eſſe perpetuum, שמורה vero docet, qvomodo ſit æternum, nempe quia ex parte DEI nunquam violatur. 4.) Naturalia ſunt imperfecta, nec unum omnia profert: ſpirituale hoc eſt perfectum ערוכה בכל. Nam in uno Chriſto ejusque merito, omnia nobis ſuppetunt, quæ ad æternam ſalutem requiruntur. Verbum שם pro Subjecto agnoſcit אר cujus in priori H. fit mentio. Per ישע indicat omnia quæ ad ſalutem ſubditorum utiliter & feliciter perfecerat aut perficere poſſet. Qualia multa domi militiæque egregie geſſerat. Per חפץ vero indicat conſilia & cogitationes ad ſalutem proximi directa. Hæc omnia, quotcunque & quantacunque ſint, tam interna, quam externa καθορθώματα vel ipſius Davidis vel aliorum (Nam ſine affixo poſitum ad certum ſubjectum non adſtringitur) docet nihil facere ad conſecutionem illorum beneficiorum, quæ David hic gratus agnoſcit & celebrat. כי ultimum hic rectius per *profecto* aut ſimilem vertitur: Quia alias commodum ſenſum non habemus. Qvalem ſignificationem etiam alibi habet. V. Ruth. c. I. v. 10, 16, 17. Gen. XIIX. 20. כי primum adverſative explicandum eſſe ex antecedentium collatione patet. Conf. 2. Par. XVI. 12.

Aphor. 1.] Beneficia DEI sunt gratuita. 2.] Meritum humanum in rebus divinis nihil valet. 3.] Dei beneficia imminuit, qui propriis meritis illa tribuit. 4.] Piissimus quisque suam infirmitatem & indignitatem agnoscit. 5.] Fœdus DEI æternum & semper idem. 6.] Qui ex fœdere prolapsus, ne ad illud redire dubitet. 7.] Constantem DEI veracitatem in pactis & promissis imitentur, qui DEI servos sese jactant. 8.] Omnia opera Magistratus ad salutem Reipubl. directa sint. 9.] Omnium consiliorium tam Magistratus, quam subditorum scopus sit salus populi. 10.] DEus naturæ legibus non est alligatus. 11.] E. Non desperemus, cum mediis naturalibus destituimur. 12.] Magnates & Monarchæ sine DEO nihil efficere possunt. 13.] E. operam dent, ut de auxilio DEI certi esse possint.

v. 6. Mali malorum mores

I] In se, ubi [א] Subjm. - - וּבְלִיַּעַל — Sed Belial (*h. e. malos*) quod attinet sicut spinæ amovendæ omnes isti *sunt*: Quas non manu apprehenderint (*homines.*)

[ב] Præd. in quo [*a*] qualitas כְּקוֹץ מֻנָּד

[*b*] quantit. כֻּלָּם

II] Consequenter, ubi [א] medium כִּי־לֹא בְיָד

[ב] actus יִקָּחוּ׃

Subjectum in sensu diviso positum est plane emphaticum D. S. §. 140. כִּי־לֹא בְיָד non constructa cohærent. Quo indicatur, quam caute prudentiores ab eo actu abstineant, manusque a spinis retrahant. §. 248. Subjectum in fine omissum esse, quis non videt?

כִּי Posterioris hemistichii per אֲשֶׁר explicandum, ut Psal. LXXXX. 4. In præcedentibus beneficia DEI celebravit; nunc impiorum mores & exitum describit. Ex qvo videmus istos beneficiorum Christi non fieri participes; sed sua culpa: quia sunt intractabiles ceu spinæ & beneficia Christi per verbum & Sacramenta oblata non admittunt.

Aphor. 1.] Malorum animus intractabilis. 2.] Cum malis periculosa conversatio. 3.] Inter malos vivens cautus sit. 4.] Qui levia media,

media, quibus DEus ad se trahit non admittunt, ad DEI fruitionem non admittuntur מגר.

v. 7. Mala malorum merces descripta.

I.) Antecedenter, ubi
- א) Conditionis
  - *a*) Subjm. – – ואיש — Si quis
  - *b*) Præd. יגע בהם — attacturus est illas,
- ב) conditionatum
  - *a*) general. ימלא ברזל — armatus sit ferro
  - *b*) special. ועץ חנית — & ligno hastæ *(sit armatus)*:

II.) in se, ubi
- א) medium ובעש — Sed igne
- ב) actus
  - *a*) formaliter שרוף ישרפו — plane comburentur
  - *b*) adjunctive בשבת: — in habitaculo.

In posteriori membro prioris H. duo objecta, quæ jungi debebant, vel tamen poterant, distincta sunt, jx. D. S. §. 220. *a*. Quod fit emphatice, ut distincte hæc considerantes meminerimus, non uno medio, sed pluribus ad retundendam molorum nequitiam opus esse. In posteriori H. medium magis cum actu cohærere debebat, quam adjunctum hic vero utrique contradistingvitur, ut rectius perpendamus miserrimum malorum exitum exaggeratum per ־ in אש D. S. §. 248. Cum diu multumque alios suis aculeis terruerunt & pupugerunt, tandem igne non vulgari; sed infernali comburentur. Quod vero adjunctum magis actui cohæret, notat, illos quando & ubi minime putassent celeriter perituros §. 248. In habitaculo suo, quod sæpe munitissimum, se tutos ab omni damno putabant: sed frustra: cum præter omnem suam opinionem ad orci flammas abripiantur.

Per ימלא emphatice indicatur, eos, quibus cum impiis negotium est, non solum armatos esse, sed armis impleri h. e. undique & multis armis circumdatos esse debere. Per שרוף ישרפו exaggeratur, combustionis hujus miseria, quod certissima sit & vehementissima, quæ profecto major, quam in igne infernali esse non potest.

Aphor. 1.) Mali male pereunt. 2.) Cui cum malis res est, quibus potest, se mediis muniat. 3.) Nihil tam firmum, in quo tuta habitet impietas. 4.) Qui spinis similes in vita, illis quoque in morte similes erunt. 5.) Homines sua culpa damnantur.

Versio Germanica.

1.) Auch dis sind Worte Davids, *und zwar* die letzten: Es sprach David, der Sohn Isai: Es sprach der Mann welcher hoch erhaben: Der Gesalbte des GOttes Jacob, und der lieblich mit Psalmen Israels *sagte:* 2.) Der Geist des HErrn hat durch mich geredet, und seine Rede ist auff meiner Zunge. 3.) Es hat der Gott Israels gesprochen; mit mier hat der Hort Israels geredet: (*nemlich der Hort*) der ein Beherrscher der Menschen, der gerecht, der die Furcht GOttes lehret, *hat mit mier geredet:* 4.) Zwar nach dem Licht der Morgenröthe gehet die Sonne auff: Wo der anbrechende Morgen ohne Wolcken, wächst vom Glantz nach dem Regen das Gras aus der Erden. 5.) Aber mein Haus ist nicht also bey GOtt: Weil er mier einen ewigen Bund gesetzt, der mit allen versehen ist, und gehalten wird: denn alle meine Hülffe, und alles Beginnen, wird es warlich nicht zu wege bringen. 6.) Was aber die Halsstarrig-Gottlosen betrifft, die sind alle mit einander, wie Dornen, so ausgerottet werden sollen, welche man mit Händen nicht fassen kan. 7.) So jemand sie angreiffen wil, muss er mit Eisen und Spiesstangen wol versehen sein: Sie werden aber mit Feur elendiglich verbrand werden in der Wohnung.

Paraphrasis.

1.) Præter ea, quæ in præcedentibus adducta, hæc quoque sunt verba Davidis, & quidem ultima eorum, quæ afflatu Spiritus S. locutus est. David Isaides, vir ille in summo dignitatis gradu constitutus Israelitici populi a DEO, quem Jacobi posteri colunt, Rex creatus, cum multos Psalmos jucundissimæ doctrinæ dulcissimique solatii plenos composuisset, originem & dignitatem illorum commendaturus simulque Messiæ beneficia celebraturus dixit: 2.) Ne existimetis O Israelitæ! ne existimetis inquam, me proprii genii aut ingenii ductu Psalmos vobis composuisse; sed sic vobis persvadeatis velim, me in-

ſtinctu Sp. S. Tertiæ S. S. Trinitatis Perſonæ, qui per Prophetas omnes locutus eſt, locutum eſſe. Nullum in Pſalmis verbum reperitur, nullam vocem ore & lingva protuli aut in Pſalmis poſui, qvæ non Spiritum S. autorem agnoſcat. 3.) Nec tamen reliqvas S. S. Trinitatis Perſonas ab hoc opere plane excludendas eſſe putetis. Nam etiam prima Perſona, qvæ eſt Pater & DEus ille, qui populum Iſraeliticum ſuum peculium eſſe voluit, per me locutus eſt. Nec minus id verum de ſecunda S. S. Trinitatis Perſona, nempe Filio, qui refugium eſt Iſraelitarum, a qvo vitam & ſalutem vere in illum credentes expectant & impetrant. Hunc, ut rectius cognoſcatis ſciendum, ipſum eſſe Regem, qvem homines in hac vita experiuntur potentiſſimum defenſorem, dum multis magnisqve beneficiis tam corporalibus, qvam ſpiritualibus illos cumulat, plura & majora poſt hanc vitam in vera fide ad vitæ finem perſeverantibus daturus. Hic etiam juſtus eſt, non ſolum in ſe; ſed ita quoque, ut nobis juſtitiam ſe ipſum ſacrificium, pro omnium hominum peccatis, in ara crucis offerens acquirat. Hæc juſtitia, ut nobis applicari poſſet, ipſe qvoqve ſe Doctorem hominibus ſiſtit veramqve vitæ viam methodo plana & perſpicua monſtrat. Rex ergo, Sacerdos & Propheta jure meritoqve colitur. 4.) Si vero regni Meſſiæ modum, beneficiorumqve ejus qualitatem cognoſcere deſideratis, ſciatis beneficia DEI in Meſſiæ regno exhibenda, multo excellentiora eſſe naturalibus illis, quibus etiam multis magnisqve fruimur. In naturalibus certa cauſarum connexio certusqve ordo reqviritur, ut ſupra in cœlo & circa nos in terra videmus. Sol ſine aurora & præcedente diluculo non oritur. Hujus ortum ſi nubes non obſcurant, ſed ſolis pulchre lucentis calor pluviam exceperit, terram læte virentem videbimus. Hic modus, hic ordo in rebus naturalibus obſervatur, quo mutato omnia aliter fiunt. 5.) Sic vero DEus mecum meaque cum familia non agit. Ille enim ſine omni naturali medio & cauſa fœdus mecum pepigit, in quo non caduca & temporalia ſed æterna mihi bona promittit, nempe Meſſiam ex meis poſteris qvi naſcetur, vitam & felicitatem æternam acquiſiturus. In Hoc & per Hunc omnia ad æternæ vitæ ſalutem neceſſaria

ria habemus. Hoc fœdus omnia bona perpetua complectens etiam perpetuo a DEO inviolatum ſervatur. Unde etiam nobis, qvamvis interdum cespitemus & labamur, ſemper via & reditus ad ejus gratiam patet. Atqve hæc omnia ut ſine cauſis naturalibus, ſic etiam ſine omni meo merito, meaqve dignitate contingunt. Niſi enim ex ſola DEI gratia & miſericordia hæc proficiscerentur, ego omnibus meis operibus, etiamſi præſtantiſſima & utiliſſima forent, omnibusque humanis conſiliis, conatibus, ſtudiis nihil horum producere & conſeqvi valerem. 6.) Si vera bonorum in hoc fœdere promiſſorum particeps qvis fieri cupit, fide vero conſtantique opus eſt, quæ ubi juſtitiam & ſalutem per Meſſiam acqviſitam impetravit, omnem injuſtitiam fugit & abominatur. Qui enim mali malitiæque tenaces Chriſtum ſpernunt, nec ullam ſpem melioris vitæ de ſe relinqvunt, omnes ſpinis exſtirpandis ſimiles ſunt, manibus qvas tangere reformidant. 7.) Ferro armisqve opus eſt, ſi qvis aggredi conatur, qvæ tandem tamen igne in habitaculo comburuntur. Terreant ergo & pungant pios mali ceu ſpinæ, ſi lenioribus mediis corrigi renuunt, gravioribus tandem pœnis coërcentur, ut miſerrime maximo cum cruciatu pereant, & quidem ibi, ubi ſe maxime tutos eſſe putabant.

LOCUS SECUNDUS.

Eſ. LXVI. v. 5.

CUm elegantiſſimum hoc Dictum a Verſionibus & Interpretibus, quos vidi, non ita explicetur, ut Accentus requirunt, operæ pretium fuerit, ſi juxta Accentus ſenſum ejus indagaverimus. Eſt vero hic

Solatium injuſte excommunicatorum

I.) Intimatum, ubi (א) Actus שִׁמְעוּ דְבַר־יְהוָה Audite verb. Dom.
(ב) Subjm. הַחֲרֵדִים אֶל־דְּבָרוֹ qui reveremini verbum ejus.

II.) Expli-

II.) Explicatum, ubi

א) malum contra q. directum, in cujus explicatione habemus

a) actum
- a) positum in q.
  - 1) Præd. אמ֫רו
  - 2) Subj. אחיכֶם שנאיכֶם
- b) exaggeratum - מנדיכֶם

b) objectum sermonis ipsorum, ubi
- a) causa - - לְמַעַן שְׁמִי
- b) causatum - - יִכָּבֵד יְהוָה

ב) argumentum consolatorium a contrario eventu
- *a)* piorum וְנִרְאֶה בְשִׂמְחָתְכֶם
- *b)* impiorum - וְהֵם יֵבֹשׁוּ׃

Dicunt fratres vestri o- fores vestri; excommunicantes nos *dicunt:* Propter nomen meum honoratur Dominus: Sed videbimus lætitiam vestrã. isti (*impii*) vero pudefient.

In priori H. adhibentur majores loco minorum tanqvam NB. ut rem notabiliorem sistant & majorem attentionem in auditoribus & lectoribus excitent: Macceph vero aptum ardori adhortantis & promptitudini obsequendi hic reqvisitæ, Vid. D. S. §. 248. In posteriori H. Subjectum distrahitur jx. §. 220. ε. ut distinctius perpendamus impiorum malitiam. Non sufficit odisse fratres, nec odium tegunt, sed præ se ferunt, ipsoque opere satis superqve demonstrant, dum ipsos excommunicant. Verbum ergo repetendum §. 220. p. 121.

Hypocritarum mores hic egregie depinguntur. Templo suo externisque ceremoniis superbi (Vid. v. 1, 2, 3, 4. & Jer. VII. 4.) verum DEI cultum secundum hominem internum, quem DEus v. 2. reqvirit, negligebant. Eos vero, qui DEum tanta pompa & ostentatione non colebant, nec superstitionem & idololatriam probabant, sed puro corde simpliciqve animo illi serviebant, tanqvam impuros & inqvinatos a se segregabant & pro excommunicatis habebant. Se solos DEum recte colere putabant; se solos veram ecclesiam jactabant, propter se DEum honorari & celebrari dictitabant. Quasi DEus sine illis nec

laudari, nec honorari, nec gloria DEI sine illorum cultu consistere posset. Hoc qvia piis non parum molestiæ exhibet, cum vident se ab insolentibus istis ita contemni, solatur illos DEus, ipsisqve spem facit, quod lætum exitum habituri sint, cum superbos illos, qvi existimant, DEum sine ipsis non posse recte coli, nil nisi opprobrium & qvidem æternum maneat. Dan. XII. 2.

Aphor. 1.) Cultus externus sine interno DEO non placet. 2.) Hypocritarum magnus semper numerus. 3.) Pessimi semper optimi videri volunt. 4.) Pii ab impiis, tanqvam mera sterqvilinia contemnuntur. 5.) Hypocritæ contra ipsum DEum superbiunt. 6.) Pietas contempta & afflicta læto exitu clauditur. 7.) Malorum mala merces. 8.) Pii gaudent, cum piis bene est. 9.) Verbum DEI cum magna reverentia est audiendum. 10.) Nunqvam tota ecclesia deficit. 11.) Fratrum qvoqve gratia rara. 12.) Qvi excommunicantur ab hominibus non statim separantur a DEO. 13.) Excommunicatio injusta non est timenda. 14.) Si usus excommunicationis est, magnus qvoqve semper abusus fuit. 15.) Religionis diversitas etiam conjunctissimos separat. 16.) Qvi tristitia afficitur ab hominibus, lætitiam sperare potest a DEO. 17.) Superbia desinit in pudorem.

Versio Germanica.

Höret des HErrn Wort, die ihr euch fürchtet für seinem Wort; Es sagen eure Brüder, die euch hassen; die so euch absondern *sprechen:* Um meines Namens Willen wird der HErr geehret: Aber wir werden eure Freude sehen; Sie aber sollen zu schanden werden.

Paraphrasis.

Qvi verbum DEI reverentes comminationes ejus & legis fulmina pavetis, audite qvoqve dulcissimum verbi divini & Evangelii solatium: Fratres vestri, civesque, qui hypocrisi, superstitione & idololatria dementiti vos oderunt, ex suo cœtu vos ejiciunt dicentes: Procul este profani: Nos enim sumus vera Ecclesia, nos sumus DEI populus, nos sumus peculium ejus, nos soli illum recte colimus, a nobis & propter nos nomen ejus celebratur. Ne vero hoc vobis stomachum moveat, nec propterea animo cadatis. Erit tempus, quo scena mutabitur. Tunc vos contemptos ab hominibus & excommunicatos

in

in æternam felicitatem introductos beatos lætosqve videbimus, veſtrumqve gaudium gaudebimus: Sed jactabundi illi contemptores & perſecutores in ignominia & opprobrio æterno pudore ſuffuſi lugebunt.]

LOCUS TERTIUS.

Jer. XXXI. 20.

HOc Dictum accuratiore conſideratione digniſſimum: quia fons ſalutis noſtræ in illo ſatis aperte nobis monſtratur, cui vero Verſiones tenebras qvasdam induxerunt, ut non ſatis perſpiciatur.

Eſt vero hic *Miſericordiæ Divinæ*

I.) Fundamentum deſcriptum

- (א) remotive ut negetur
  - *a*) effectus ubi
    - a) Præd. in qvo
      - 1) res. חֵבֶן יָקִיר — Num filius magni æſtimandus
      - 2.) terminus לִי — mihi
    - b) Subject. אֶפְרַיִם — *eſt* Ephraim?
  - *b*) cauſa
    - a) intimata אִם — Num *eſt*
    - b) explicata יֶלֶד שַׁעֲשׁוּעִים — puer oblectationum?
- (ב) poſitive ubi
  - *a*) anteced. in qvo
    - a) actus כִּי־מִדֵּי דַבְּרִי — Profecto ex qvo Ego locut. ſum
    - b) objectum בּוֹ — illi,
  - *b*) conſeqv.
    - a) in ſe וְכָר אֶזְכְּרֶנּוּ — recordando recordatus ſum
    - b) adjunctive עוֹד — ejus deinceps:

II.) Exercitium

- (א) generalius
  - *a*) indicatum עַל־כֵּן — Propterea
  - *b*) explicatum ubi
    - a) actus הָמוּ מֵעַי — fremunt viscera mea,
    - b) obj. l. finis לוֹ — erga eum;
- (ב) ſpecial. ubi
  - *a*) Dict. רַחֵם אֲרַחֲמֶנּוּ — miſerendo miſerebor ejus;
  - *b*) Sign. Dicti נְאֻם־יְהוָה — inqvit Jehova.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0065
DFG

Macceph prioris hemistichii aptum Creatoris continuo & non interrupto favori erga homines, & promissioni cum suo effectu arctissime cohærenti. Post עד notat propensum DEI animum ad miserendum. Post נאם aptum promptitudini DEI ad promittendum hominibus salutaria. Transpositio circa finem indicat, qvod DEI promissio semper cum effectu cohæreat & verbum DEI nunqvam eventu destituatur. Vid. Diacrit. S. §. 245. Maxima distinctio poterat, vel potius debebet esse in שעשועים : Nam sequentium major est connexio : ponitur vero in עוד ut antecedentia accuratius perpendamus & causam beneficiorum DEI distinctius consideremus, ne nostris meritis DEI beneficia accepta feramus, sed divinæ gratiæ eo majore devotione & humilitate omnia tribuamus.

Exponit hic DEus T. O. M. causas, quibus motus hominibus benefacit : Quæ non sunt propria illorum merita. Nulla causa est, cur DEus homines peccatores magni faciat (יקיר) aut beneficia in illos conferat. Ratio est, quia non sunt filii oblectationum h. e. non faciunt ea, qvibus DEus delectatur. Argumentum erit hoc : Qui non est filius oblectationum h. e. non facit, quibus DEus delectatur, non est magnifaciendus adeoque non ex debito, sed ex gratia beneficia sperare potest : Atque Ephraim : E. Sed quia DEus hominibus verbum & voluntatem suam manifestavit, atque fœdere cum illis facto promisit, quod illorum DEus & clemens pater esse velit, beneficiis illos cumulat. Una ergo & sola DEI gratia & misericordia est causa, qua DEus movetur ad benefaciendum hominibus. Argumentum erit hoc : Qui benefacit, quia promisit, non ex debito, sed ex gratia benefacit : Atque DEus. E. Ratio majoris est, quia DEus non tenebatur fœdus cum hominibus facere aut bona promittere his qui male faciendo mala meruerant, nec obligatus erat hominibus. Minor est sub — conclusio sub Silluco. Hunc esse sensum verborum, satis ex eo patet, qvia hic est interrogatio affirmans, quæ sistit sensum negativum. Hunc sensum genuina verborum significatio & interpunctio requirunt. Hunc quoque contextus patitur. v. 18. & 19. Ephraim pœnitens sistitur, huic v. 20. promittit se ipsius esse miserturum, si pœnitentiam seriam agere pergeret peccata deplorando v. 21. & in Christum promissum Messiam

siam Virginis filium credendo v. 22. Dum vero gratiam suam promittit v. 20. simul indicat causam, (ne nesciret aut superbiret), qua motus ipsius miserere ipsique peccata remittere velit: Quæ causa non est hominis dignitas, opus aut meritum; sed solaDEI gratia & gratuita promissio.

Aphor. 1.) Merita & dignitas hominis coram DEO nulla. 2.) DEI promissio nunquam fallit. 2.) Verax sit in promissis, qui veracis DEI filius esse vult. 3.) Gratuita DEI promissio est salutis humanæ origo. 5.) DEus nunquam obliviscitur suorum. 6.) Qvem homines obliviscuntur, illi solatio sit, quod DEus ejus recordetur. 7.) DEI misericordia est magna. 8.) Qui Patrem habet misericordem, misericors quoque sit erga fratrem. 9.) DEus delectatur hominibus, sed piis. 10.) Qui DEO vult placere, huic pietas placeat.

Versio. Ist Ephraim ein Sohn, welcher von mir hochzuschätzen? Ist er ein Kind, daran ich Lust haben kan? Warlich, seith dem ich zu ihn geredet, bin ich nachgehends seiner wol eingedenk gewesen: Darum bricht mir mein Hertz gegen ihm: Ich wil mich seiner gnädigst erbarmen; Spricht der Herr.

Paraphrasis: Ephraim pœnam sentiens culpam deplorat. Quid ergo? Num quid causæ in illo, propter quam preces ipsius accipiam aut ipsum magnifaciam? Nihil reperio: Quia non est filius, quæ mihi placent, faciens: Sic ergo vobis persvadeatis velim, me, ex quo in verbo manifestato fœdus cum illo feci, multaque bona clemens & misericors illi promisi, semper deinde benevolam ejus memoriam retinuisse. Atque hanc ipsam ob causam *(non propter illius dignitatem & meritum)* ex animo illum diligo uberrimamque ipsi misericordiam demonstrabo. Sic Dominus & DEus noster fallere & falli nescius animi sui propensionem explicat.

LOCUS QUARTUS.

Dan. IX. 27.

Quid litis ex hoc pasuco, neglectis accentibus, ortum, quis Philologorum nescit? Demus ergo operam, ut verum sensum ductu accentuum inveniamus. Est hic *Complementum Septimanæ septuagesimæ*, respectu

I.) Fi-

I.) Fidelium ubi	א) actus	α) in se	והגביר ברית	Roborabit vero fœdus.
		β) ejus finis	לרבים	ad utilitatem multorum
	ב) adjunctum.	-	שבוע אחד	feptimana una.
II.) Infidelium				
א) inchoatum, in rebus	α) eccleſiaſticis, ubi	a) adjunctum	- - וחצי השבוע	Et in media ſeptimana
		b) actus	1.) in ſe - ישבית	abolebit
			2.) objective זבח ומנחה	ſacrificium & oblationem,
	β) politicis, ubi	a) Præd.	1.) intimatur - ועל	deinde ad
			2.) explicat. כנף שקוצים	oram abominationum
		b) Subject.	- - משמם	Vaſtator *erit*;
ב) Continuatum, ubi	α) terminus	a) poſitus	- ועד־כלה	& usq; ad conſummationem (ſic enim decretum NB.) effundetur ſuper deſolatum.
		b) probatus	- ונחרצה	
	β) actus	a) formaliter	- - תתך	
		b) objective	- על־שומם	

Minores loco Majorum ſub — indicant, præter illorum opinionem adfuturam abrogationem illarum rerum, quas illi perpetuo duraturas eſſe putabant. Magni loco Minorum circa finem exaggerant rem, de qua agitur, & quidem eo magis, quia parentheſis habet duplicem accentum, qui ceu NB. ibi adhibetur. De ipſa Parentheſi Vid. Diacrit. S. §. 141. p. 89. Macceph circa finem aptiſſimum rei tractatæ, nempe vaſtationi continue & perpetuo duraturæ. Vid. Diacrit. S. §. 245. 248.

Roli-

Reliquorum verborum non est magna difficultas. De verbis, עד כנף שקוצים משמם lis est. Sed interpunctio monstrat, illa sic esse distingvenda & vertenda, ut in Tabella videre est. Vocem כנף etiam significare oram s. regionem aut regionis partem, clarum est. Quærent, quid per כנף שקוצים intelligatur? R. Judæa, aut tamen metropolis ejus jerusalem, quæ propter peccata & rejectum Christi Evangelium tota execrabilis facta & mera abominatio. Per עד כלה indicatur, vastationem illam fore totalem sine omni spe restitutionis. Qui enim aliquando melius fore sperare potest, nondum plane periit. Sic idem hic indicatur, quod Matth. XXIV. 2. Marc. XIII. 2. Luc. XIX. 44. c. XXI. 6. Sed huic explicationi obstare videtur. 1.) Quod Matth. XXIV. 15. reperimus βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ubi שקוצים משמם pro conjunctis habita videmus. R. Huic conjunctioni duo obstant, interpunctio & constructio. Sic enim dicendum fuisset: עַל כנף שקוצי משמם. Ne dicam etiam ibi esse Singularem cum hic sit Pluralis. Terminus ergo ille (βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως) non desumptus ex hoc Danielis loco, sed ex Cap. XI. 31. aut c. XII. 11. Ubi interpunctio, constructio & numerus idem, qui Matth. XXIV. 15. 2.) Quod illud βδέλυγμα stabit, ut Christus Matth. XXIV. 15. explicat ἐν τόπῳ ἁγίῳ h. e. in Sancto Sanctorum apud alas Cherubim. R. Daniel hic non dicit, quod steterit ad alas Cherubim, sed ad כנף שקוצים alam abominationum. Et quomodo dici potest stetisse ad alas Cherubim, cum nondum probatum sit, in templo secundo arcam fœderis cum Cherubim fuisse. Nec ἕως ἐν ἁγίῳ τόπῳ ad βδέλυγμα referri potest, quia Generis diversitas illud non patitur: sed est referendum ad ὁ ἀναγινώσκων. Nempe, qui in loco illo quondam sancto aut a præsentibus pro sancto habito h. e. In terra Judæa aut urbe Jerusalem stat, & verba Danielis legit, perpendat, qvid Propheta dixerit, ne, si signum illud abominandæ desolationis (ut Syrus verba explicat) viderit, de totali vastatione dubitet. Parenthesis qvidem obstare videtur; cum vero nondum probatum sit hanc esse a manu Evangelistæ, verba sic interpungi possunt, ἕως ἐν τόπῳ ἁγίῳ (ὁ ἀναγινώσκων) νοείτω Marc. XIII. 14. Utraqve vox qvidem etiam in Parenthesi: sed

ibi

ibi alia vocum connexio, sive Bezæ sive aliorum lectionem sequamur. Qvamvis si eadem lectio foret, idem qvoqve respondere possemus. Si vero concesserimus verba ἕως ἐν τόπῳ ἁγίῳ pertinere ad θδέλυγμα, qvod tamen per Generis differentiam non licet, non statim exinde seqvitur, locum illum sanctum esse Templum aut partem templi sanctiorem: cum hæc collectio sit ab indeterminato ad determinatum, cujus N. C. sed potest intelligi de urbe jerusalem, qvam Matth. IV. 5. c. XXVII. 53. vocat ἁγίαν πολιν. Non ergo est, qvod in posterum illud θδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως in Sancto Sanctorum apud alas Cherubim quæramus: cum illius nulla vestigia, nec Dan. IX. nec Matth. XXIV. reperiamus; sed Daniel aperte huic explicationi refragetur, dum כנף שקוצים per Accentus & Regimen jungit, atque utrumque junctum seqventi משמם contradistingvit. Qvid vero per illud θδέλυγμα intelligatur Lucas c. XXI. satis clare indicat cum exercitus romanus judæam ingressus, urbem jerusalem obsidione cinxisset, hoc ipsis signum horrendæ & totalis vastationis esse debebat.

Aphor. 1.) Propter pios DEus parcit impiis. 2.) Messias jam dudum venit. 3.) Lex ceremonialis & forensis abrogata. 4.) Horrenda peccata sequitur horrenda pœna. 5.) Peccata sunt maxima causa corruptionis Rerumpubl. 6.) Qui Rempubl. vult esse salvam, scelera & flagitia ex civitate exterminet. 7.) Frustra judæi restaurationem suæ politiæ expectant. 8.) DEI providentia ponit rebus humanis modum & terminum.

Versio. Er Wird aber vielen den bund stærken eine Woche lang, und mitten in der Wochen, Wird das Opffer und Speiss-Opffer auff hören, hernach Wird in den zum Greuel geWordenen Grentzen seyn der VerWüster: Und bis zum gar aus (denn so ists beschlossen) Wird die VerWüstung Weren.

Paraphrasis. Per unam vero septimanam, nempe ultimam illam, quæ restat, roborabit fœdus, tam immediate, quam mediate per Apostolos Evangelium prædicando: Idque ad utilitatem & salutem multorum, qui fide promissionem Evangelii recipient. Atque in medio hujus septimanæ passione & morte sua sacrificiis & oblationibus leviticis omnem suam vim adimet & illa abrogabit: Cum præsente antitypo nihil opus sit typis & signis. Deinde exercitus romanus, in ora & regione judaica, q. propter incolarum pertinaciam & Evangelii contemtum, execrabilis facta est, ultor aderit omnia vastaturus: Atque hæc vastatio, sic enim DEus q. notandum decrevit, tam horrenda erit, ut omnia tam Ecclesiastica quam politica, & quidem sine omni spe restitutionis & reparationis, plane desolata pereant.

S. D. G.

( )

Zu 3

בשׁ"ש

פירוש רות על דרך הטעמים

HISTORIA RUTHÆ
JUXTA ACCENTUS EBRÆOS EXPLICATA

UBI

DISPOSITIO TOTIUS LIBRI, OMNIUM CAPITUM ET SINGULORUM PASUCORUM IN TABELLIS, NOVA VERSIO, Emphasium & Affectuum per Accentus indicatorum brevis explicatio, Aphorismi Theoretico - practici & Paraphrasis sensum breviter & perspicue sistens.

A

JOH. FRANCK,
MECKLENB.



ANNO MDCCXXIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0071
DFG

L. B.

EN! accedit ad Te Rutha illa Moabitis paupercula quidem & peregrina, pia tamen & modesta. Amorem tuum & favorem audacula ambit. Quod, si Boazi tibi mens fuerit, vitio non vertes. Uxorem si ducere non potes, filiam adoptes: Aut si neutrum horum placet, inter ancillas spicilegium facienti locum benignus concedas. Quocunque loco habueris & officiosam & fructuosam deprehendes. Si eam, ut cognatus iste, cujus ne quidem nomen posteritatis recordatione dignum judicatum fuit, repudias, alium maritum aut tamen amicum inveniet: nec enim ab omnibus repudiabitur. Semper reperti sunt, pauci quamvis sint, qui bonum, licet non *speciosum pelle decora*, deamant. Hæc paucis Te volui. Vale.

LIBER RUTHÆ CONTINET

RUTHÆ FATA CONJUGIALIA. UBI

I. Nuptiæ primæ descriptæ - - - Cap. I.
II. Nuptiæ secundæ [א] ratione occasionis, q. est spicilegium Cap. II.
[ב] in se [α] inchoatæ per sponsalia Cap. III.
[β] consummatæ. - - Cap. IV.

CAP. PRIMUM.

Nuptiæ primæ Ruthæ.

I.) Contractæ, ubi [א] antecedens [α] remotius [1] ponitur v. 1.
[2] exponitur v. 2.
[β] propinquius - - v. 3.
[ב] constituens - - - v. 4.
II.) Diremptæ, ubi [א] Constituens - - - v. 5.
[ב] Consequens ejusque [α] actus [1] causaliter v. 6.
[2] in se v. 7.
[β] adjunctum q. est disputatio abeuntium ubi v. 8.

- 1) actus
  - a) ratione occasionis, q.
    - aa) generalior - - v. 8.
    - bb) specialior - - v. 9.
  - b) in se, ubi
    - aa) thesis - - - v. 10.
    - bb) antithesis
      - a 3.) posita - - v. 11.
      - b 3.) probata
        - a 4.) ponitur
        - b 4.) vindicatur, ubi
          - a 5.) objectio v. 12.
          - b 5.) responsio v. 13.
- 2) eventus, respectu
  - a) Arpæ -
  - b) Ruthæ
    - a 2.) in se - - v. 14.
    - b 2.) adjunctive, ratione perseverantiæ in proposito, ubi
      - a 3.) Dissuasio - - - - - v. 15.
      - b 3.) responso
        - a 4.) in se
          - a 5.) respectu vitæ - - v. 16.
          - b 5.) respectu mortis - - v. 17.
        - b 4.) ratione effectus, qui vel
          - a 5.) immediatus - v. 18.
          - b 5.) mediatus, ubi
            - a 6.) actus
              - a 7.) in se - -
              - b 7.) effective
                - a 8.) indicatur - - v. 19.
                - b 8.) improbatur ubi
                  - a 9.) thesis - - v. 20.
                  - b 9.) ratio
                    - a 10.) posita v. 20.
                    - b 10.) comprob. v. 21.
            - b 6.) adjunctum - - - - v. 22.

v. 1. Peregrinatio suscepta. Ubi

I.) Causa
- א) adjunctive
  - α) intimata - - וַיְהִי
  - β) explicata
    - 1) generalius - בִּימֵי
    - 2) specialius - שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים
- ב) in se
  - α) formaliter - וַיְהִי רָעָב
  - β) ratione loci - בָּאָרֶץ

Accidit autem in diebus regiminis judicum ut esset annonæ caritas in terra:

II.) Cau-

II.) Causatum, ubi	א) actus	α) in se	1) formaliter	-	וַיֵּלֶךְ אִישׁ	Profectus ergo quidam
			2) adjunctive	a) positi	מִבֵּית לֶחֶם	ex Bethlehemo
				b) expositi	יְהוּדָה	*illo nempe* q. in Judæa,
		β) ratione finis	1) in se	-	לָגוּר	ut peregrinus viveret
			2) adjunct.		בִּשְׂדֵי מוֹאָב	in tractu moabitico;
	כ) Subjectum	α) in se		-	הוּא וְאִשְׁתּוֹ	ipse *inquam* & uxor ejus
		β) ratione comitum			וּשְׁנֵי בָנָיו׃	& duo filii ejus *profecti.*

Ab initio est Rbhia, cum alias jungatur וּוַיְהִי ut in eodem hoc pasuco videmus; Qui hanc rem notabiliorem fistit, etiam DEI populum annonæ caritate laborare. בֵּית לֶחֶם distingvitur, cum, si Macceph adhibitum fuisset, jungi potuisset. V. Diacrit. S. §. 220. β. p. 121. Ratio patet ex §. 245. ut distingvamus hoc oppidum ab illo, q. in tribu Zabulonis situm. הוּא quarta a fine vox emphatice additur. Potuisset enim dicere עִם אִשְׁתּוֹ hoc fit, ut attentio Lectoris excitetur ad considerandum sequentia. Indicatur quoque famem fuisse maximam, quia ipse pariter cum tota familia peregrinatus discedit. Et cum hæc ab antecedentibus per accentus separentur, repetendum est verbum. Vid. Diacrit. S. §. 220. q. p. 123.

שֹׁפֵט הַשֹּׁפְטִים emphatice dicitur. Potuisset dicere בִּימֵי הַשֹּׁפְטִים. Indicat vero non solum judices tunc in regione fuisse, sed etiam suum officium feciſse, nec tamen plagam hanc averti potuisse. Ex hoc discant Magistratus, ut quæ sui officii sunt, sedulo & solerter faciant. Discant quoque subditi, ne, si quid mali in regione accidit, Magistratui id imputent. Ubi incolarum malitia invalescit, Magistratus diligentia non sufficit. Frustra subditi Magistratum accusant, quando se peccatis inquinant.

Aphor. 1. DEO dilecti non sunt non afflicti. 2. Annonæ caritate premuntur, quia copia fruguum abutuntur. 3. Felicitas non est nota veræ Ecclesiæ. 4. Victum & amictum in omnibus locis, honeste tamen, quærere licet. 5. Cum patria non potest, externæ regiones nos alent. 6. In penuria animo ne cadamus. 7. Cum DEus vult, etiam hostes profuerint.

v. 2. Peregrinantes descripti, ratione

I.) Patriæ (א) generalius ubi
- (α) Descriptum,
  - 1) relatum, ubi
    - a) Subjectum וְשֵׁם הָאִישׁ
    - b) Præd. אֱלִימֶלֶךְ
  - 2) correlatum, in societate
    - a) conjugiali, ubi
      - aa) Subjectum וְשֵׁם אִשְׁתּוֹ
      - bb) Prædicat. נָעֳמִי
    - b) paterna, ubi
      - aa) Subjm. וְשֵׁם שְׁנֵי־בָנָיו
      - bb) Prædicat. מַחְלוֹן וְכִלְיוֹן
- (β) descriptio - - אֶפְרָתִים

Nomen vero illius viri *erat* Elimelech; Et nomen uxoris ejus *erat* Naemi Et nomen duorum filiorum ejus *erat* Machlon & Chiljon *qui erant* Ephratæi;

(ב) specialius
- (α) ponitur - מִבֵּית לֶחֶם
- (β) exponitur - - יְהוּדָה

ex Bethlehemo Judææ *erant*

II.) Actus
- (א) inchoati - שְׁדֵי־מוֹאָב וַיָּבֹאוּ
- (ב) continuati. - וַיִּהְיוּ־שָׁם׃

Et venerunt in terram moabiticam, & subsiterunt ibidem.

Quæ ad descriptionem pertinent, cohærere possent, distingvuntur vero

vero, ut utrumque accuratius notetur. Macceph primum aptum copulæ fraternæ, quam hi duo firmiter tenuerunt; secundum properantium affectui servit; tertium diuturnæ constantique habitationi. Sub Paschta est ׀ — extraordinarie jx. D. S. Tab. Prof. G. 6. θ. a. Quod non fit frustra; quamvis nos rationem explicare non possimus, qui omnes illius temporis & rei circumstantias non agnoscimus. Conf. D. S. §. 258.

Aphor. 1. Concordia cognatorum laude digna est. 2. Amor concordiæ & socialitatis mater est. 3. Est etiam aliqua pietatis merces nominis apud posteros celebritas. 4. Ubi bene nobis est, ibi commoremur. 5. Uxor & liberi æquo animo mariti & parentum fata ferant. 6. Calamitas non dirimat matrimonii copulam.

v. 3. Elimelech moriens. Ubi

I.) Actus	(א) ponitur -	וַיָּמָת אֱלִימֶלֶךְ	Sed mortuus est Elimelech
	(ב) exponitur - -	אִישׁ נָעֳמִי	maritus Naemi,
II.) Consequens	(א) principale -	וַתִּשָּׁאֵר הִיא	& superstes fuit ipsa
	(ב) accessorium -	וּשְׁנֵי בָנֶיהָ׃	& duo filii ejus *superstites fuerunt.*

Subjectum in utroque hemistichio distractum omnia accuratius notanda sistit. Mortuus est Elimelech, & quidem maritus Naemi mulieris extra patriam viventis adeoquo bis miseræ. Vidua facta erat ipsa: Ingens dolor, sed æquiore animo ferendus, si sola fuisset: sed duo insuper filii restabant viduæ consilio & auxilio matris indigentes & eo ipso mœrorem ejus augentes. Vid. Diac. S. §. 220. α. & γ. & §. 245.

Aphor. 1. Mors ultima linea rerum. 2. E. mortem meditaris, qui vita frueris. 3. Nulla calamitas sola. 4. Grave viduitas onus. 5. Conjugii exitus est viduitas. 6. Viduitatem in conjugio cogites, ne in viduitate nimium lugeas. 7. Mortem in vita cogites, ne moriturus nimium terrearis.

v. 4.

v. 4. Matrimonium filiorum Elimelechi

I.) In se, ubi (א) actus (α) formaliter וישאו להם — Et duxerunt sibi
(β) objective נשים מאביות — uxores Moabitidas:
(ב) adjunctum uxoris (α) unius, ubi 1) Prædicat. שם האחת — Nomen unius
2) Subjm. ערפה — Arpa *erat*;
(β) alterius, ubi 1) Prædicat. ושם השנית — Sed nomen alterius
2) Subjectum רות — Ruth *erat*,
II.) Consequenter, ubi (א) actus - וישבו שם — commorati sunt ibi
(ב) adjunct. כעשר שנים: — circiter decem annos.

Notatu dignum Israelitas duxisse uxores diversæ religionis: Unde ab initio majores loco minorum adhibentur jx. D. S. §. 248.

Aphor. 1. Matrimonia hominum diversæ religionis per se non sunt illicita. 2. Etiam pii interdum a recta via aberrant. 3. Piorum facta notanda; non promiscere imitanda. 4. A commoda sede non temere est recedendum.

v. 5. Mors filiorum Naemi

I.) In se (א) indeterminate - וימתו גם־שניהם — Sed mortuus est uterque
(ב) determinate - - מחלון וכליון — *nempe* Machlon & Chiljon
II.) Conseq. (א) absolute - - ותשאר האשה — & superstes fuit mulier
(ב) respective, respectu (α) filiorum משני ילדיה — duobus natis suis
(β) mariti - ומאישה: — & viro suo.

Mac-

Macceph aptum inopinatæ morti celeriter alterum post alterum abripienti. Distinctivus loco servi sub Sakepho servit doloris & luctus vehementiæ, calamitatisque magnitudini.

Aphor. 1. Omnes pii calamitatibus obnoxii. 2. Non una calamitas sola. 3. Calamitate pressus Sanctorum exemplo se soletur.

v. 6. Propositum revertendi. Ubi

I.) Causatum ejusque actus
- (א) præparatorius
  - (α) in se - וַתָּקָם הִיא
  - (β) ratione comitum וְכַלֹּתֶיהָ
- (ב) formalis
  - (α) in se - - וַתָּשָׁב
  - (β) terminative מִשְּׂדֵי מוֹאָב

Surrexit ergo ipsa & nurus ejus surrexit; & discedere voluit e regione Moabitica:

II.) Causa, ubi
- (א) actus
  - (α) in se - - כִּי שָׁמְעָה
  - (β) adjunctive בִּשְׂדֵה מוֹאָב
- (ב) objectum, ubi
  - (α) actus
    - 1) in se כִּי־פָקַד יְהוָה
    - 2) objective אֶת־עַמּוֹ
  - (β) modus, ubi
    - 1) actus לָתֵת לָהֶם
    - 2) objectum. לָחֶם׃

Nam audiverat in regione Moabitica, quod propitius respexisset Dominus populum suum, dando ipsis victum.

Ab initio copulata divelluntur. Diacrit. S. §. 220. α. Quod notabilem sistit amorem nuruum socrum deserere nolentium. Macceph utrumque aptum delectationi ex hac fama ortæ.

ותשב hic non nisi de voluntate & conatu intelligi posse ex v. seqq. patet.

Aphor. 1. Verus cognatorum & affinium amor illos divelli non patitur. 2. Amandos amare decet. 3. Amatus amantem amet. 4. Non omnes socrus oderunt nurus. 5. Victus & amictus DEI est donum

donum. 6. E. Grato animo agnoscatur. 7. E. Ingratus, qui bonis concessis abutitur. 8. Dulce patriæ solum. 9. Fama velociter ambulat. 10. Non semper fama fallit. 11. Rumori non semper credendum, nec omnis illi fides deroganda.

v. 7. Reditus in patriam ratione termini

I.) a quo, ubi	(א) actus	(α) in se	- -	וַתֵּצֵא		Etiam digressa est
		(β) terminative				
			1) positi	מִן־הַמָּקוֹם		ex loco
			2) descripti	אֲשֶׁר הָיְתָה־שָּׁמָּה		in quo erat;
	(ב) comitatus,	(α) absolute		וְשְׁתֵּי כַלֹּתֶיהָ		Et duæ nurus ejus
		(β) respective	-	עִמָּהּ		cum illa *digressæ sunt:*
II.) ad quem, ubi	(א) actus		-	וַתֵּלַכְנָה בַדֶּרֶךְ		viamque institerunt
	(ב) finis, ubi	(α) actus	- -	לָשׁוּב		ut redirent
		(β) ipse terminus.		אֶל־אֶרֶץ יְהוּדָה׃		in regionem Judææam.

Macceph omne hic festinationi aptum jx. D. S. §. 248. Ad posterius membrum prioris hemistichii aliquid repetitur. jx. D. S. §. 76.

Aphor. 1. Ante factum consilio, post consilium facto opus est. 2. Quos amor copulat, nulla molestia separat.

v. 8. Sermo valedicentis generalior, in quo

I.) Consilium	(א) intimatum, ubi	(α) actus		וַתֹּאמֶר נָעֳמִי		Dixit autem Naemi
		(β) object.		לִשְׁתֵּי כַלֹּתֶיהָ		duabus nuribus suis:
	(ב) explicatum	(α) generalius		לְכֶנָּה שֹּׁבְנָה		Eatis, redeatis,
		(β) specialius				

1) Sub-

			1) Subjective - -	אִשָּׁה	quælibet *redeat*
			2) terminative	לְבֵית אִמָּהּ	in domum matris suæ:
II.) Votum, in quo	א) thesis ubi	α) actus	1) in se	יַעַשׂ יְהוָה	tribuat Dominus
			2) terminative	עִמָּכֶם	vobis
		β) objectum - -		חֶסֶד	beneficium:
	ב) ratio, respiciens	α) mortuos, ubi	1) actus	כַּאֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם	Quemadmodum feciſtis
			2) object.	עִם־הַמֵּתִים	mortuis,
		β) vivos - -		וְעִמָּדִי׃	& mihi *ut feciſtis.*

Duo verba juncta jx. D. S. §. 216. apta ſunt fervori hortantis jx. §. 248. Duo per ſe non cohærentia ſub — jx. §. 220. ζ. p. 122. ponuntur ob eandem cauſam. Circa finem copulata diſtingvuntur jx. §. 220. α. p. 121., ut pietas nuruum diſtinctius notetur §. 245. Macceph hic aptum promptitudini beneficarum mulierum. §. 248.

Aphor. 1. Bonum precari bonis bonum eſt. 2. Beneficia, ſi non aliter, bene tamen beneficis præcando retribui poſſunt. 3. Verus amor etiam erga mortuos durat. 4. Qui benefacit proximo, etiam a DEO bonum expectare poteſt.

v. 9. Valedictio ſpecialior

I.) Verbalis, ubi	א) actus	α) in ſe - -		יִתֵּן יְהוָה	Det Dominus
		ζ) terminative -		לָכֶם	vobis
	ב) Objectum	α) poſitum		וּמְצֶאןָ מְנוּחָה	ut inveniatis quietem;
		ζ) expoſitum	1) Subjective	אִשָּׁה	quælibet *quietem inveniat*
			2) adjunct.	בֵּית אִשָּׁה	in domo mariti ſui:

II.) Realis { (א) in se - - - ותשק להן } Tunc osculata est illas,
(ב) effective { (a) ratione modi ותשאנה קולן } quæ sustulerunt vocem suam
(b) in se. - - ותבכינה: } & fleverunt.

Sub ר ea, quæ immediate non cohærent, junguntur jx. D. S. §. 220. ζ. quod aptum ardori precantis. §. 248.

לכם de muliebri sexu per Enallaxin. Sine dubio ad indicandum masculum animum in benefaciendo maritis & nurui, in toleranda cruce & contemnendo patriam.

Aphor. 1. Pax & tranquillitas animi est magna felicitas. 2. Nubentibus bona recte precamur. 3. Concordia conjugum est optimum conjugii ornamentum. 4. Non sine mœrore divelluntur, qui amore conglutinantur. 5. Lacrymæ sunt veri doloris pedissequæ.

v. 10. Comitatus oblatus

I.) Intimatur - - - ותאמרנה לה } Et dixerunt illi:
II.) Explicatur { (א) in se - כי־אתך נשוב } Profecto *ibimus* tecum, ibimus *inquam* cum reversura
(ב) terminative - לעמך: } ad populum tuum.

Cum nurus illæ ex Judæa non venerint, proprie ad illam reverti dici non possunt: שוב itaque hic est comitem se præbere revertenti.

Distinctivus loco servi libere ponitur, cum etiam Macceph adhiberi potuisset: Quod serium constansque illarum propositum notabile sistit. Macceph non constructa copulans jx. §. 213. ardenti desiderio servit, & prompto ad proficiscendum animo §. 248.

Aphor. 1. Cognatos & affines sese sincere amare pulchrum est. 2. Verus amor personam, non fortunam sequitur. 3. Bonus animus ad bonum promptus.

v. 11.

v. 11. Comitatus rejectus. Ubi

I.) Thesis	א) affirmativa	α) intimata	וַתֹּאמֶר נָעֳמִי	Sed dixit Naemi:
		β) posita	שֹׁבְנָה בְנוֹתָי	Revertimini filiæ meæ:
	ב) negativa	α) absolute	לָמָּה תֵלַכְנָה	Cur ire vultis
		β) respective	עִמִּי	mecum?
II.) Ratio	א) in se, ubi	α) actus	הַעוֹד־לִי בָנִים	Num adhuc mihi filii *erunt*
		β) adjunctum	בְּמֵעָי	in utero meo,
	ב) ratione finis	α)	וְהָיוּ לָכֶם	qui sint vobis
		β)	לַאֲנָשִׁים׃	viri?

Signum dicti cohæret parti Dicti jx. Diaerit. S. §. 211. quod ardori repugnantis servit. Quo etiam Macceph referri potest §. 248.

Aphor. 1. Refutationes modeste fiant & amice בנותי. 2. Nihil faciendum est frustra. למה. 3. Seniores ad liberorum procreationem ineptiores.

v. 12. Ratio asserti

I.) Comprobata	א) objective s. comprobandum, ubi actus	α) inchoatus	שֹׁבְנָה בְנוֹתָי	Revertimini filiæ meæ
		β) continuatus	לְכֶנָה	ite.
	ב) in se	α) ponitur	כִּי זָקַנְתִּי	Quia grandior sum,
		β) restringitur	מִהְיוֹת לְאִישׁ	quam ut sim viro:

II.) Oppugnata
- (א) generalius
  - (α) intimatur - כִּי אָמַרְתִּי — Si dixerim:
  - (β) explicatur יֶשׁ־לִי תִקְוָה — Est mihi spes:
- (ב) Specialius ubi
  - (α) anteced.
    - 1) in se
      - a) intimatur גַּם — Etiam
      - a) ponitur הָיִיתִי הַלַּיְלָה — sim hac nocte
    - 2) ratione finis אֲפִלּוּ לְאִישׁ — viri
  - (β) sequens.
    - 1) intimatur - וְגַם — simulque
    - 2) ponitur. יָלַדְתִּי בָנִים׃ — pariam filios.

Signum Dicti in posteriori hemistichio jungitur parti Dicti, quod aptum objicientis fervori §. 211. 248. Huc referas licet, Macceph post רש.

Aphor. 1. Vetulæ & seniores ad conjugium & sobolis procreationem sunt inepti. 2. Finis matrimonii est sobolis procreatio. 3. Qui habet quod speret, spem non abjiciat. 4. Frustra sperat, qui non habet, quod speret.

v. 13. Objectio refutata. Ubi

I.) Argumentum
- (א) generalius positum, ubi
  - a) actus הֲלָהֵן תְּשַׂבֵּרְנָה — An propterea expectabitis
  - b) terminus
    - 1) intimatur - עַד — donec
    - 2) explicatur אֲשֶׁר יִגְדָּלוּ — adolescant?
- (ב) Specialius explicatum, ubi
  - a) actus - הֲלָהֵן תֵּעָגֵנָה — An propterea morabimini
  - b) finis
    - 1) intimatur לְבִלְתִּי — ne
    - 2) explicatur הֱיוֹת לְאִישׁ — fitis viro?

II.) Con-

II.) Confectarium roboratum per cauſam	א) propinquiorem, ubi	a) theſis	-	אַל בנותי	Non o filiæ meæ:
		b) ratio	1) in ſe	כי־מר־לי מאד	Sane amaror torquet me valde
			2) objective	מכם	propter vos;
	ב) remotiorem, ubi	a) Prædic.		כי־יצאה בי	Sed exiit contra me
		b) Subject.		יד־יהוה׃	manus (*plaga*) DEI

In poſteriori H. Theſis & rationes diſtingvendæ erant. §. 120. D. S. Hic vero aliter fieri videmus. Hoc fit, ut diſtincte cauſam propinquiorem & remotiorem diſcernamus. Sub ֥ primo eſt ֗ ſub ſecundo Paſchta loco ſervi. Quod attentionem movere debet, ſimulque admirationem & indignationem loquentis indicat. §. 248. Macceph poſterioris H. dolori flagrantiori aptum, & plagæ celeriter violenterque irruenti.

Aphor. 1. Junioribus viduis nubere conſultum eſt. 2. Vicem proximi afflicti dolere decet. 3. Nulla calamitas ſine DEI providentia nobis accidit. 4. Quæ a DEO immittuntur, æquo animo feramus.

v. 14. Nurnum actio

I.) Similis	א) adjunctive		- -	ותשנה קולן	Ergo extulerunt vocem ſuam
	ב) in ſe		- -	ותבכינה עוד	Et fleverunt valde (*l. adhuc magis* Conf. v. 9.)
II.) Diſſimilis	א) Arpæ	a) in ſe	-	ותשק ערפה	Et osculata eſt Arpa
		b) objective	-	לחמותה	ſocrum ſuam:
	ב) Ruthæ.			ורות דבקה־בה׃	ſed Ruth adhæſit illi.

Ma-

Majores loco minorum hic omnia exaggerant notabilioraque reddunt. Macceph amori ardentiori servit.

Aphor. 1. Non sine dolore separantur, qui amore copulantur. 2. Non eadem omnibus mens est, non eidem mores. 3. Verus amor constantia probatur. 4. Calamitas non separat mentes sincere junctas. 5. Non incipere, sed in bono constanter perseverare laudandum.

v. 15. Dissvasio abitus ex patria

I.) Fundamentaliter, ubi	(א) actus, ubi	*a)* Signum Dicti	וַתֹּאמֶר	Ergo dixit:
		b) dictum: 1) intimatur	הִנֵּה	Ecce,
		b) dictum: 2) ponitur	שָׁבָה יְבִמְתֵּךְ	revertitur fratria tua
	(ב) terminus		אֶל־עַמָּהּ וְאֶל־אֱלֹהֶיהָ	ad populum suum & ad DEum suum.
II.) In se, ubi	(א) actus		שׁוּבִי	revertere
	(ב) terminus.		אַחֲרֵי יְבִמְתֵּךְ׃	post fratriam tuam.

Signum Dicti parti Dicti junctum, ardori loquentis aptum D. S. §. 248. Macceph servit promptitudini & studio revertentis in patriam. Majores loco minorum, omnia notabilia sistunt, ut ratio adducta eo magis in animum penetret.

Aphor. 1. Exemplorum magna vis in svadendo & dissvadendo. 2. Exempla a laudatis laudata sunt sequenda. 3. Patriam & religionem patriæ nemo facile obliviscitur.

v. 16.

v. 16. Constans Ruthæ propositum respectu vitæ

I.)Remotive, ubi	א) actus	α) intimatur	וַתֹּאמֶר רוּת	Sed dixit Ruth:
		β) explicatur	אַל־תִּפְגְּעִי־בִי	ne instes precibus apud me
	ב) finis	α) in se	לְעָזְבֵךְ	ut te deseram,
		β) ratione modi	לָשׁוּב מֵאַחֲרָיִךְ	revertendo a te:
II.)Positive, ubi	א) actus	α) ambulationis	1) intimatur	כִּי	Profecto,
			2) explicatur		
			a) adjunct.	אֲשֶׁר תֵּלְכִי אֶל־	quo iveris,
			b) in se	אֵלֵךְ	ibo;
		β) commorationis	1) adjunctive	וַאֲשֶׁר תָּלִינִי	ubi pernoctaveris,
			2) in se	אָלִין	pernoctabo:
	ב) terminus	α) politicus		עַמֵּךְ עַמִּי	Populus tuus *erit* populus meus.
		β) ecclesiasticus.		וֵאלֹהַיִךְ אֱלֹהָי׃	& DEUS tuus erit DEus meus.

De Signo Dicti juncto Conf. v. 15. Magnus in כִּי exaggerat. Macceph duplex ardori asserentis servit. §. 248. D. S.

Aphor. 1. Constans animus nulla re a proposito depellitur. 2. In bono constanter perseverare bonum est. 3. Quem amamus ab illo non facile divelli nos patimur. 4. Patria est, ubi bene nobis est. 5. Religionem multi amant, non religione, sed amore hominis amici impulsi.

v. 17. Constantia in proposito respectu mortis

I.) Posita, ubi (א) actus (a) adjunctive בַּאֲשֶׁר תָּמוּתִי — Ubi morieris,
(b) in se — אָמוּת — moriar,
(ב) Consequens — וְשָׁם אֶקָּבֵר — ibi quoque sepeliar:

II.) Roborata, ubi (א) intimatur (a) simpliciter, ubi (1) actus (1) Prædicat. כֹּה יַעֲשֶׂה — Sic faciat,
(b) Subjm. יְהוָה — Jehova
(2) objectum s. finis לִי — mihi,
(b) cum exaggeratione וְכֹה יֹסִיף — & sic addat;
(ב) Explicatur, ubi (a) Subjectum — כִּי הַמָּוֶת — Profecto mors
(b) Prædicatum in quo (1) actus יַפְרִיד — separationem faciat
(2) object. בֵּינִי וּבֵינֵךְ: — inter me & te.

Majores loco minorum constantiam augent notandamque fiunt §. 248. D. S. כי המות non constructa junguntur D. S. §. 213. quod aptum asserentis ardori.

Aphor. 1. Mors ultima linea rerum. 2. Mors amicissimorum vincula scindit. 3. Sepultura est antiquissimus modus mortuos ex hominum conspectu auferendi. 4. Qui moriturum se putat, sepulturæ curam gerat. 5. Verus amor non nisi morte solvitur.

v. 18. Tacens consentiens. Ubi

I.) Causa, ubi { (א) actus - - - וַתֵּרֶא } Cum videret
(ב) objectum, ubi { (α) actus כִּי־מִתְאַמֶּצֶת הִיא } quod obstinasset illa
(β) finis - לָלֶכֶת אִתָּהּ } proficisci secum,
II.) Causatum { (א) generalius - - וַתֶּחְדַּל } etiam desiit
(ב) specialius - לְדַבֵּר אֵלֶיהָ: } obloqui illi.

Ab initio libere positus affectui mirantis servit §. 248. Macceph aptum obstinato animo, cui opinio illa quasi innata, ut una cum illo fit.

Aphor. 1. Contra obstinatos frustra disputamus. 2. Constantia in bono egregia est virtus.

v. 19. Reditus in patriam

I.) In se { (א) inchoatur - וַתֵּלַכְנָה שְׁתֵּיהֶם } Itaque iverunt ambæ
(ב) continuatur, ubi { (α) actus עַד־בּוֹאָנָה } donec venirent
(β) terminus - בֵּיתָה לָהֶם } Bethlehemum:
II.) Ratione effectus { (א) adjunctive { (α) intimati - - וַיְהִי } Accidit vero
(β) positi, ubi { 1) actus כְּבוֹאָנָה } cum venissent
2) termin. בֵּיתָה לָחֶם } Bethlehemum
(ב) in se { (α) realis, ubi { 1) actus וַתֶּהֱם כָּל־הָעִיר } ut permoveretur tota civitas
2) causa - עֲלֵיהֶן } propter illas,
(β) verbalis { 1) intimati וַתֹּאמֵרְנָה } & dicerent (*homines*):
2) explicati. הֲזֹאת נָעֳמִי: } Num hæc est Naemi?

Macceph prius continuato itineri, posterius universalitati servit. §. 245. יהוה potuisset jungi sequenti; hic vero habet Magnum, qui tanquam NB. adscriptus est. Ex quo colligimus Naemi ejusque familiam fuisse magni æstimatam in urbe, urbemque non parum esse commotam illius reditu.

Aphor. 1. Patria omnibus cara. 2. Pii homines sunt magni æstimandi. 3. Gratulari peregre redeuntibus antiquus & laudabilis mos est.

v. 20. Responsio gratulantibus data

I.) Remotive	א) intimatur	-	ותאמר עליהן		Dixit vero ad illos:
	ב) explicatur, ubi	α) actus	אל־תקראנה לי		Ne vocetis me
		β) effectus	- נעמי		Naemi:
II.) Positive, ubi	א) thesis in qua	α) actus	- - קראן לי		vocetis me
		β) effectus	- - מרא		Maram:
	ב) ratio	α) in se ubi	1) actus	כי־המר שדי	Quia amarorem creavit omnipotens
			2) objectum	- לי	mihi,
		β) adjunctive	- - מאד:		& *quidem* magnum.

Macceph prius ardori repudiantis; posterius molestiæ & tristitiæ firmiter diuque adhærenti æque ac fervori loquentis servit §. 248. D.S. Quia מאד a verbo, cum quo construitur divulsum ad finem rejicitur, non sine emphasi hoc fit; quam versio, ut potuit, exprimit.

Aphor. 1. Pulchrum est cum nomina conveniunt rebus. 2. Piissimi sæpius afflictissimi. 3. Nulla calamitas piis accidit, sine DEI providentia. 4. E. Res adversæ æquo animo ferendæ. 5. E. adversa non nocebunt piis. 6. Impatiens frustra renititur ei, qui omnipotens.

v. 21.

v. 21. Mutatio duplex

I.) Sortis, ubi
- א) antecedens ejusque
  - *a)* Subjectum - - אֲנִי — Ego
  - *b)* Prædicatum מְלֵאָה הָלַכְתִּי — plena discessi;
- ב) sequens, ubi
  - α) Adjunct. - וְרֵיקָם — sed vacuam
  - β) actus - הֱשִׁיבַנִי יְהוָה — reduxit me Dominus:

II.) Nominis, ubi
- א) thesis, in qua
  - α) actus
    - 1) intimatur לָמָּה — Quare
    - 2) explic. תִּקְרֶאנָה לִי — vocatis me
  - β) effectus - - נָעֳמִי — Naemi,
- ב) ratio
  - α) ponitur, ubi
    - 1) Subjectum יְהוָה — cum Dominus
    - 2) Prædicatum עָנָה בִּי — afflixerit me
  - β) exaggeratur: וְשַׁדַּי הֵרַע־לִי — & omnipotens damno affecerit me.

למה hic majorem habere potuisset. §. 139. sed accipit minorem §. 213. qui asserentis studio aptior. §. 248. Macceph indicat quam facile hoc sit Domino.

Aphor. 1. Omnia mundi bona sunt fluxa & caduca. 2. E. Ne nimium illis fidamus aut illis superbiamus. 3. Utraque sors est a Deo. 4. E. Utramque sortem sapienter feramus. 5. Nomina accommodanda rebus, rerumque statui.

v. 22. Reditus Naomi

I.) Generalius
- א) ponitur
  - α) in se - - וַתָּשָׁב נָעֳמִי — Rediit vero Naemi
  - β) adjunctive, ubi
    - 1) Subjectum
      - a) ponitur וְרוּת הַמּוֹאֲבִיָּה — (Et Ruth Moabitis
      - b) describitur כַּלָּתָהּ — nurus ejus
    - 2) Prædicatum - - עִמָּהּ — *venit* cum illa)
- ב) exponitur, ratione

		α) actus - - -	הַשָּׁבָה	reversa
		β) termini - -	מִשְׂדֵי מוֹאָב	ex agris moabiticis:
II.) Specialius, ubi	א) actus	α) Subjectum - -	וְהֵמָּה	Ipsæque
		β) Prædicatum 1) formaliter -	בָּאוּ	venerunt
		β) Prædicatum 2) terminative	בֵּית לָחֶם	Bethlechemum
	ב) adjunct.	α) ponitur - -	בִּתְחִלַּת	initio
		β) describitur.	קְצִיר שְׂעֹרִים׃	messis hordeorum.

Sub ⁝ prioris H. in unum membrum rediguntur circumstantiæ per se non cohærentes jx. D. S. §. 220. ζ. p. 122. Quod aptum comiti a latere socrus nunquam recedenti, sed fideliter illi adhærenti. Vid. D. S. §. 245. Ponuntur vero verba illa rectius in parenthesi, quia sequens הַשָּׁבָה non tam nurui convenit, quia illa ex Judæa non venerat, sed socrui §. 141.

Aphor. 1. Sincerorum amicorum fidâ societas. 2. Pulchra est affinium fida & constans amicitia.

CAP. SECUNDUM.

Spicilegium Ruthæ.

I.) Inchoatum, ubi	א) causa impellens	α) remotior -		v. 1.
		β) propinquior - -		v. 2.
	ב) actus ⁝ ⁝ ⁝ ⁝			v. 3.

II.) Con-

II.) Continuatum, ubi
- א) causa, nempe approbatio
  - α) Boazi
    - 1) in se, ubi
      - a) occasio
        - aa) remotior - - v. 4.
        - bb) propinquior ubi
          - a 3.) interrogatio - v. 5.
          - b 3.) responsio ejusque
            - a 4.) thesis - v. 6.
            - b 4.) ratio - v. 7.
      - b) actus, respiciens
        - aa) Rutham, q.
          - a 3.) explicatur, ubi
            - a 4.) thesis - v. 8.
            - b 4.) ratio - v. 9.
          - b 3.) acceptatur. q. hic describitur
            - a 4) formaliter - - v. 10.
            - b 4.) effective, qui effectus ponitur
              - a 5.) in se, ubi
                - a 6.) narratio - v. 11.
                - b 6.) Optatio - v. 12.
              - b 5.) Conseq. in
                - a 6.) Rutha - v. 13.
                - b 6.) Boazo - v. 14.
        - bb) Ministros q.
          - aaa) ponitur - - v. 15.
          - bbb) extenditur - - v. 16.
    - 2) ratione eventus s. fructus - - - v. 17.
  - β) Naemi, ubi
    - 1) occasio
      - a) remotior - - - - v. 18.
      - b) propinquior - - - v. 19.
    - 2) actus
      - a) præparatorius respectu
        - aa) Naemi - - v. 20.
        - bb) Ruthæ - v. 21.
      - b) formalis - - - v. 22.
- ב) Causatum s. ipsa continuatio - - - v. 23.

v. 1. Boazi descriptio, ratione

I.) Personæ	(א) in se	(α) relative, ubi	1) correlatum	ולנעמי	Erat autem Naemi
			2) relatum	מידע לאישׁ	cognatus viri sui,
		(β) absolute	1) Subjective	איש	vir
			2) adjunctive	גבור חיל	potens opibus,
	(ב) originaliter.			ממשפחת אלימלך	Ex familia Elimelechi:
II.) Nominis				ושמו בעז׃	Et nomen ejus Boazus *erat*.

Majores loco minorum positi omnia notabiliora sistunt. Vid. Diacrit. S. §. 248. Priora tria vocabula sistunt descriptum, reliqua usque ad $\frac{\text{---}}{\text{A}}$ descriptionem personæ. Hæc duo ergo in priori H. maxime distingui debuissent, vel tamen potuissent. jx. §. 131. Hic vero adjuncta personæ & ejus origo maxime distingvuntur, ut illa distinctius & accuratius perpendamus jx. §. 245. Utrumque & quod Elimelechi cognatus & quod vir opibus potens erat, illi occasionem præbere potuit, ut in agrum ejus spicas collectura abiret.

Aphor. 1. Sæpe ditiorum cognati egestate premuntur. 2. Pauperem se fieri posse dives cogitet, qui pauperes eadem stirpe prognatos habet. 3. Divitiæ pietati junctæ merito laudantur. 4. Divites paupertatem egestatem sublevent.

v. 2. Facultas colligendi spicas

I.) Petita	(א) in se, ubi	(α) Signum Dicti ubi	1) actus	a) formaliter	ותאמר	Dixit vero
				b) Subj.	רות המואביה	Rutha Moabitis
			2) objectum		אל—נעמי	ad Naomi:
		(β) Dictum, ubi	1) actus præparat.		אלכה—נא השׂדה	Ibo, quæso in agrum
			2) actus formal.		ואלקטה בשבלים	& colligam spicas,
	(ב) adjunctive					

α) in-

(α) indicatur			אַחַר	post
(β) describitur	1) generalius		אֲשֶׁר אמצא־חֵן	quem invenero gratiam
	2) specialius		בעיניו	in oculis ejus:
II.) Concessa, ubi (א) actus			וַתֹּאמֶר לָהּ	Quæ dixit ei:
(ב) objectum.			לְכִי בִתִּי:	eas filia mea.

Signum Dicti cum parte Dicti magis cohærens §. 211. aptum studio Ruthæ §. 248. Dictum separatur, quo indicatur, quod non temere rem inceperit, sed prius accurate & solicite perpenderit, ad quos iret, ne in petulantes & protervos incideret. אחר magis distinctum ob eandem rationem; Subsistit enim dubia, quo se vertat.

Aphor. 1. Honesta vitæ tolerandæ media circumspicienda. 2. Pauperibus aliquid de suis bonis concedere charitas requirit. 3. Minores sine Majorum consensu & consilio nihil incipiant. 4. Majores minoribus in rebus licitis & honestis ne adversentur.

v. 3. Ruthæ spicilegium describitur

I.) Generalius, ubi (א) actus	(α) præparatorius		וַתֵּלֶךְ וַתָּבוֹא	Sic ivit & venit	
	(β) formalis		וַתְּלַקֶּט בַּשָּׂדֶה	& collegit in agro	
(ב) adjunctum.			אַחֲרֵי הַקֹּצְרִים	post messores:	
II.) Specialius (א) ponitur, ubi	(α) Prædicatum		וַיִּקֶר מִקְרֶהָ	Et obtigit ei casu	
	(β) Subjectum	1) posit.	חֶלְקַת הַשָּׂדֶה	pars agri	
		2) expositum	לְבֹעַז	Boazi,	
(ב) describitur, ubi	(α) intimatur		אֲשֶׁר	*illius nempe* qui *erat*	
	(β) explicatur.		מִמִּשְׁפַּחַת אֱלִימֶלֶךְ:	ex familia Elimelechi.	

Duo verba ab initio juncta jx §. 216. serviunt sedulitati mulieris impigræ. Majores loco Minorum notandum sistunt mulierem non puduisse ita laborare. §. 248. Circa finem descriptio separatur a descripto §. 218. & 220. η. ob Emphasin, quam versio exprimit.

Aphor. 1. Sedulitas & diligentia in operibus nostris est necessaria. 2. Cui DEus favet, illi fortuna obvenit. 3. Providentiæ divinæ totum se committere tutissimum. 4. Laborare nemini turpe.

v. 4. Salutatio venientis.

I.) in se	א) antecedenter, ubi	α) Subjectum	והנה־בֹעַז	Ecce vero Boazus
		β) Præd. in quo	1) actus: בָּא	venit
			2) terminus: מִבֵּית לֶחֶם	Bethlechemo;
	ב) formaliter, ubi	α) Signum Dicti	וַיֹּאמֶר לַקֹּצְרִים	dixitque messoribus:
		β) Dictum	יְהוָה עִמָּכֶם	Jehova vobiscum.
II.) Effective, ubi	א) Signum Dicti		וַיֹּאמְרוּ לוֹ	Et dixerunt illi:
	ב) Dictum.		יְבָרֶכְךָ יְהוָה:	Felicem reddat te Dominus!

Macceph ab initio & non constructa conjuncta accommodata sunt rei inopinatæ.

Aphor. 1. Salutare & resalutare Christianos decet. 2. Civilitas morum & modesta affabilitas non est indigna piis. 3. Patrisfamilias est sua curare nec famulis omnia committere. 4. Labor, qui non fit in DEI nomine, est sine fructu. 5. Piorum pia sunt colloquia.

v. 5.

v. 5. Boazus inquirens, ubi

I.) Signum Dicti { (א) positum, in quo { (α) actus וַיֹּאמֶר בֹּעַז | Deinde dixit Boazus
(ϐ) objectum לנערו | puero,
(ב) expositum, ratione objecti הנצב על־הקוצרים | *nempe* constituto super messores:

II.) Dictum { (א) positum - - - למי הנערה | Cujus *est* puella?
(β) inculcatum. - - - הזאת: | Hæc *scilicet.*

Descriptum & descriptio separantur V. §. 218. & 220. η. ut v. 3. Majores loco minorum notabilem sistunt diligentiam & curam patrisfamilias. Ultima vox distincta jx. §. 220. δ. emphatice indicant, hanc puellam ab aliis separatim digito aut nutu monstratam, ne puer respondens erraret. §. 245.

Aphor. 1. Pater familias diligentem rerum suarum curam gerat & in operarios inquirat. 2. In statu œconomico omnia ordine fiant, ut singuli, quid sibi faciendum sit, sciant. 3. Præfectus operariis rite suo munere fungatur. 4. Paterfamilias non solum operariorum curatoribus fidat; sed ipse inquirat.

v. 6. Responsio interrogati

I.) Intimatur { (א) generalius, ubi { (α) Prædicatum - - - ויען | Respondit autem
(ϐ) Subjectum { (1) positum - - הנער | famulus
(2) descript. הנצב על־הקוצרים | constitutus super messores,
(ב) specialius - - - ויאמר | & dixit

II.) Ponitur { (א) generalius, ubi { (α) Prædicat. נערה מואביה | Puella Moabitis
(ϐ) Subjectum - הוא | hæc *est*;
(ב) specialius, ubi

α) actus	- -	השבה עם־נעמי	quæ venit cum Naemi revertente
β) terminus	- -	משדי מואב:	ex agris moabiticis.

Macceph prioris H. aptum diligenti inspectioni, quæ in tali officio requiritur. In posteriori H. servit amori comitantis §. 248.

De שוב hic idem, quod c. F. 10. judicandum.

Aphor. 1. Curatores operariorum & villici rationem reddere tenentur patrifamilias. 2. Interroganti modeste vera respondeamus. 3. Responsiones sint claræ & perspicuæ. 4. Æquivocatio & mentis reservationes in respondendo non sunt licitæ. 5. Sinceros amicos non separat calamitas.

v. 7. Responsionis ratio, ubi

I.) Actus	א) in se	α) intimatur	- -	ותאמר	Dixit enim:	
		β) explicat.	1) general.	אלקטה־נא	colligam quæso & legam inter manipulos	
			2) special.	ואספתי בעמרים		
	ב) adjunctive		-	אחרי הקוצרים	post messores:	
II.) Conseq. q. est laus diligentiæ	א) specialior, ubi	α) actus	-	ותבוא ותעמוד	venit itaque & stat	
		β) terminus	1) a quo	מאז הבקר	ab ipso matutino tempore	
			2) ad quem	ועד־עתה	usque ad præsens:	
	ב) generalius	α) posita, ubi	1) Subjectum	זה	Hanc q. attinet	
			2) Præd.	שבתה הבית	sedere ejus domi:	
		β) exposita.	- -	מעט:	*sedere ejus domi inquam* est exigui temporis.	

In

In priori H. est Synæresis §. 216. q. hic servit ardenti mulieris petitioni, quo etiam Macceph & ipsa vox נא referenda. Signum Dicti cohæret cum parte Dicti ob eandem rationem, Adjunctum contradistinctum omnibus antecedentibus, ut & Majores loco Minorum notabilem sistunt modum petendi & ipsum petitum. In posteriori H. etiam est Synæresis, quæ accommoda diligentiæ & sedulitati. Quo etiam pertinet Macceph post עך. Circa finem subjectum ponitur absolute & prædicatum distrahitur. Ubi quasi obstupescit ad mulieris diligentiam. §. 248.

Aphor. 1. Quæ ab aliis impetrare cupimus, studiose & ardenter sunt petenda. 2. Alienis bonis sine concessa facultate, ne utamur. 3. Sedulo & diligenter, quæ facienda sunt, facias. 4. Aurora laborantibus amica. 5. Labor non incipiendus tantum, sed magno studio continuandus, si prodesse debet. 6. Sedulitas & diligentia mulierum egregia est virtus.

v. 8. Spicilegium a Boazo approbatum

I.) Remotive, ratione termini

- א) ad quem, ubi
  - α) exordium
    - 1) intimatum
      - a) in se — ויאמר בעז — Tunc dixit Boazus
      - b) object. — אל־רות — ad Rutham:
    - 2) explicatum, ubi
      - a) actus — הלא שמעת — annon audis
      - b) Subjectum — בתי — filia mea?
  - β) propositio, ubi
    - 1) actus - - — אל־תלכי — ne eas
    - 2) finis
      - a) formaliter - — ללקט — ad colligendum
      - b) adjunctive — בשדה אחר — in agro alio;
- כ) a quo, ubi
  - α) actus - — וגם לא־תעברי — nec quoque discedas
  - β) ipse terminus - - — מזה — ex hoc *(agro)*:

II.) Posi-

II.) Positive, ubi { (א) actus - - וְכֹה תִּדְבָּקִין } Sed omnino hæreas
(ב) objectum. - עִם—נַעֲרוֹתָי׃ } apud puellas meas.

Signum Dicti negligitur quasi per Metathesin §. 211. Quod servit promptitudini serio promittentis. Quo etiam referendum omne Macceph hujus pasuci. Distinctivus loco servi in וגם est quasi NB. adscriptum. Quod & promittentis animum notabilem sistit, & necessarium obsequium requirit.

Aphor. 1. Affabilitas & comitas egregia ditiorum & potentiorum est virtus. 2. Divites de suis bonis pauperibus & peregrinis etiam aliquid concedant. 3. Consortium similium est honestissimum piis.

v. 9. Concessum beneficium extensum ratione

I.) Laboris, ubi { (א) actus { (α) antecedens ejusque { 1) Subjectum - עֵינַיִךְ
2) Pr. בַּשָּׂדֶה אֲשֶׁר—יִקְצֹרוּן
(β) formalis - וְהָלַכְתְּ אַחֲרֵיהֶן } Oculi tui *sint directi* in agrum in quo metunt, & sequaris illas:
(ב) ratio, ubi { (α) actus { 1) formaliter הֲלֹא צִוִּיתִי
2) object. אֶת—הַנְּעָרִים } Nonne præcepi famulis
(β) finis - לְבִלְתִּי נָגְעֵךְ } ne lædant Te?

II.) Cibi. ubi { (א) antecedens { (α) conditio - - וְצָמִית
(β) conditionatum וְהָלַכְתְּ אֶל—הַכֵּלִים } Si sitis accedas etiam ad vasa
(ב) sequens, ubi { (α) actus - - וְשָׁתִית } & bibas
(β) terminus, ubi { 1) Pr. מֵאֲשֶׁר יִשְׁאֲבוּן
2) Subject. הַנְּעָרִים׃ } ex *eo*, quo hauriunt puellæ.

De

De Macceph hic idem judica, quod v. 8. Majores loco minorum sub ⁚ posterioris H. mirandam sistunt hanc beneficii extensionem.

Aphor. 1. Pauperum egestatem sublevare divites decet. 2. Pauperes & qui nostra ope indigent, non sunt molestia afficiendi. 3. Servis & Ministris non concedant Domini, ut miseros & pauperes vexent.

v. 10. Ruthæ beneficium acceptantis.

I.) Gestus	א) formalis	- -	ותפל אל־פניה	Tunc procubuit in faciem
	ב) finalis	- -	ותשתחו ארצה	ut honoraret submisse;
II.) Verba, ubi	א) thesis	α) intimatur	ותאמר אליו	& dixit ad ipsum:
		β) explicatur ubi		
		1) act. a) in se aa) intimat.	מדוע	Qui fit, quod
		1) act. a) in se bb) ponit.	מצאתי חן	inveniam gratiam
		1) act. b) ratione modi	בעיניך	in oculis tuis
		2) finis. - -	להכירני	ut agnoscas me;
	ב) ratio. - - -		ואנכי נכריה:	Cum ego *sim* peregrina.

Majores loco minorum exaggerant rem, de qua agitur §. 248.

Aphor. 1. Beneficia grato animo agnoscenda. 2. Genuina beneficentia, non respicit personam, sed miseriam personæ. 3. Humilitas est virtus merito laudanda. 4. Modesti animi humiles sunt mores, submissa verba. 5. Peregrini raro favorem inveniunt.

v. 11.

v. 11. Virtutes Ruthæ explicatæ

I.) In genere, ubi	א) Signum Dicti, respiciens	α) Subjectum			וַיַּעַן בֹּעַז	Sed respondit Boazus
		β) objectum			וַיֹּאמֶר לָהּ	& dixit illi:
	ב) Dictum, in quo	α) actus	1) in se	a) formaliter	הֻגֵּד הֻגַּד	Sane nunciatum est
				b) ratione finis	לִי	mihi
			2) objective, ubi	a) actus	כֹּל אֲשֶׁר—עָשִׂית	omne, quod fecisti
				b) finis	אֵת—חֲמוֹתֵךְ	socrui tuæ
		γ) adjunct.	1) intimatum		אַחֲרֵי	post
			2) explic.		מוֹת אִישֵׁךְ	mortem viri tui
II.) In specie rationes termini	א) a quo	α) partiali, ubi	1) actus		וַתַּעַזְבִי	quod reliqueris
			2) object.		אָבִיךְ וְאִמֵּךְ	Patrem tuum & matrem tuam
		β) totali			וְאֶרֶץ מוֹלַדְתֵּךְ	atque terram patriam q. *reliqueris.*
	ב) ad quem, ubi	α) actus			וַתֵּלְכִי	& iveris, *iveris inquam*
		β) terminus	1) ponitur		אֶל—עַם	ad populum,
			2) describ. ubi	a) actus	אֲשֶׁר לֹא—יָדַעַת	quem non noras
				b) adjunct.	תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם:	antea.

Macceph

Macceph omne hic aptum prompto amori Ruthæ erga ſocrum ſuam: præter ultimum quod ad fervorem afferentis referendum. Majores loco minorum & duplex accentus exaggerant ea, de quibus ſermo eſt.

Aphor. 1. Cognatorum & affinium eſt, ſibi invicem præcipue inſervire. 2. Verus amor etiam dulciſſima obliviſcitur. 3. Magnus parentum & patriæ amor. 4. Vera virtus ſua laude non defraudatur.

v. 12. Votum Boazi

I.) Generalius, ubi	(א) actus	-	יִשַּׁלֵּם יְהוָה	RependatDominus
	(ב) objectum	-	פָּעֳלֶךְ	factum tuum
II.) Specialius	(א) ponitur	*a)* in ſe, ubi	1) Subjectum: וּתְהִי מַשְׂכֻּרְתֵּךְ	ſitque præmium tuum
			2) Prædicatum: שְׁלֵמָה	perfectum
		b) ratione principii conſiderati	1) ἀπὸ τοῦ κυρίου: מֵעִם יְהוָה	a Domino
			2) ὑποστατικῶς: אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל	DEO Israelis,
	(ב) deſcribitur, ubi	*a)* actus	- אֲשֶׁר־בָּאתְ	ad quem veniſti
		b) finis.	לַחֲסוֹת תַּחַת־כְּנָפָיו׃	ut confugeres ſub alas ejus

Poſterioris H. maxima diſtinctio debebat eſſe in שלמה־ , ut ſeqq. magis cohærerent: diſtingvuntur vero jx. §. 220. §. 226. ut diſtinctius & accuratius & DEUS, ad quem fugit, & ipſum confugiendi actum perpenderemus. Macceph utrumque celeritati & feſtinationi confugientis aptum.

Aphor. 1. Bona facientibus recte bene precamur. 2. Boni operis bona merces. 3. DEI præmium perfectum. 4. DEus Unus in eſſentia, Trinus in perſonis. 5. Ad DEum qui confugit, vere ſapit. 6. Sub alis DEI nec fraus, nec vis malorum nocuerit.

v. 13. Celebratum beneficium

I.)Ponitur ratione	א) effecti, ubi	α)causa	1) intimatur	ותאמר	Tunc dixit:
			2) explicatur ubi		
			a)act.	אמצא־חן בעיניך	Inveni gratiam in oculis tuis:
			b) terminus	אדני	Domine
		β) causatum		כי נחמתני	Quia solatus es me
	ב) modi, ubi	α)actus		וכי דברת	& quia locutus es
		β) objectum		על־לב שפחתך	ad cor ancillæ tuæ
II.)Exaggeratur & confirmatur	א) indeterminate, ubi	α)Subjectum		ואנכי	Cum ego
		β)Prædicat.		לא אהיה	non sim,
	ב) determinate.			כאחת שפחתיך:	*non sim inquam* sicut una ancillarum tuarum.

Macceph prius aptum ardori grati animi; posterius benevolentiæ & humanitati loquentis. In priori H. duo illa favoris effecta junctim antecedentibus contradistingvi debuissent, posito maximo hemistichii in אדני: Hic vero distingvuntur per Sakephum. jx. §. 220. α. Dum vero minor est in אדני interpunctio aptior est ardori celebrantis §. 248. Copulata vero distincta distincte & accurate consideranda sistuntur §. 245. In posteriori H. distrahitur Prædicatum. Ubi ad ֗ subsistit incerta quibus verbis beneficium sit exaggerandum aut seipsam satis humiliare debeat §. 248.

Aphor. 1. Ubi Christiana charitas in corde, ibi cernitur in operibus. 2. Rebus in adversis proximum solatio erigamus. 3. Consolatio fiat verbis blandis & svavibus. 4. Beneficia accepta animo grato

to

to agnoſcenda & verbis celebranda. 5. Humilitas eſt pii animi proprium.

v. 14. Humanitas & benignitas Boazi demonſtrata

I.) verbis	א) generalius	α) adjunctive	1) intimatur, ubi	a) act.	וַיֹּאמֶר לָהּ	Dixit illi quoque
				b) Subjectum	בֹּעַז	Boazus
			2) explicatur		לְעֵת הָאֹכֶל	tempore cibi (capiendi):
		β) in ſe, ubi	1) antecedenter		גְּשִׁי הֲלֹם	Accede huc,
			2) formalit.		וְאָכַלְתְּ מִן־הַלֶּחֶם	& ede de pane,
	ב) ſpecialius, ubi	α) actus - -			וְטָבַלְתְּ פִּתֵּךְ	& intinge buccellam tuam
		β) medium - -			בַּחֹמֶץ	in aceto:
II.) facto	א) antecedenter, ubi	α) actus - -			וַתֵּשֶׁב	Itaque ſedit (*Ruth*)
		β) adjunct.			מִצַּד הַקֹּצְרִים	ad latus meſſorum
	ב) in ſe, ubi	α) actus -			וַיִּצְבָט־לָהּ קָלִי	& porrexit illi (*Boazus*) toſtum
		β) effectus	1) in ſe		וַתֹּאכַל וַתִּשְׂבַּע	Sic edit & ſaturata eſt
			2) conſeq. -		וַתֹּתַר:	& ſuperfuit.

Signum Dicti ab initio cum parte Dicti cohærens §. 211. promptitudini animi benigni aptum §. 248. Duplex Accentus in גְּשִׁי notabilius ſiſtit illud, dummodo conſtans ſit codicum lectio. Macceph candori invitantis ſervit. Verba duo circa finem junguntur, quia arctior illorum connexio, quam cum ultimo §. 245. Ditio Athnachi diſtracta

distracta a præcedentibus, tanquam minus necessaria & non omnibus apta ab illis quæ omnibus necessaria.

Aphor. 1. Vera benevolentia verbis & factis demonstratur. 2. Sterile est verborum officium, nisi accesserit reale beneficium. 3. Certum cibi capiendi tempus observandum. 4. Natura paucis contenta est. 5. Cibum ad satietatem capere licet, non ultra.

v. 15. Boazi præceptum positum

I.) Adjunctive					וַתָּקָם לְלַקֵּט	Cum surrexisset ad colligendum
II.) In se	א) Intimatur, ubi	α) actus	1) formal.		וַיְצַו בֹּעַז	etiam præcepit Boazus
			2) objective		אֶת־נְעָרָיו	famulis suis
		β) modus			לֵאמֹר	dicens:
	ב) explicatur	α) affirmative ubi	1) adjunct.	a) indicatur	גַּם	Etiam
				b) ponitur	בֵּין הָעֳמָרִים	inter manipulos
			2) actus		תְּלַקֵּט	colligat,
		β) negative			וְלֹא תַכְלִימוּהָ׃	nec ignominia afficiatis illam.

Macceph benevolentiæ ad juvandum pronæ accommodatum: Cui etiam Minor ֚ retentus aptior, cum alias etiam Sakeph locum invenisset.

Aphor. 1. Prudens paterfamilias suos solicite instruit, ut, quid faciendum & omittendum sit, sciant. 2. Famulorum & domesticorum est obedire sine heris. 3. Ad laborandum quilibet pro ratione status & officii, sit promptus. 4. Pius herus non permittit famulis & servis suis alios vexare aut exagitare.

v. 16.

v. 16. Præceptum Boazi extensum ubi

I.) Antecedens	(א) in se	(α) intimatur	וְגַם	Quin etiam
		(β) ponitur	שֹׁל־תְּשִׁלוּ־לָהּ	largiter avellatis pro illa
	(ב) objective		מִן־הַצְּבָתִים	a mergitibus;
II.) Sequens	(א) affirmative		וַעֲזַבְתֶּם וְלִקְטָה	& relinquatis, ut colligat;
	(ב) negative.		וְלֹא תִגְעֲרוּ־בָהּ׃	nec increpetis illam.

De Macceph hic idem quod v. 15. judica Conf. §. 55. Diacrit. S. Quo etiam referendum copulatio duorum verborum in posteriori hemistichio.

Aphor. 1. Beneficentia nostra non sit avara. 2. Pauperum & egenorum divites pii curam gerant.

v. 17. Spicilegium utile, ubi

I.) Actus	(א) in se		וַתְּלַקֶּט בַּשָּׂדֶה	Cum collegisset in agro
	(ב) adjunctive		עַד־הָעָרֶב	usque ad vesperam,
II.) Effectus	(א) ratione antecedentis, ubi	(α) actus	וַתַּחְבֹּט	etiam excussit
		(β) objectum	אֵת אֲשֶׁר־לִקָּטָה	*illud* quod collegerat;
	(ב) in se	(α) indicatur	וַיְהִי	& fuit
		(β) explicatur.	כְּאֵפָה שְׂעֹרִים׃	fere Epha hordeorum.

Macceph prioris H. continuato labori aptissimum §. 245. idem dixerimus de Macceph posterioris H. אֶת alias sæpius jungitur per

Macceph; hic vero habet servum, quod non sit sine emphasi, quam versio, ut potuit, exprimit.

Aphor. 1. Laborem non solum incipias, sed sedulo continues. 2. Non solum laborare, sed etiam rite & recte laborare decet. 3. Diligenter pieque laborans suo fructu non destituitur.

v. 18. Ostentatum lucrum

I.) Specilegii
- (א) antecedenter
  - (α) remotius - - ותשא — Deinde sustulit & venit in urbem,
  - (β) propinquius ותבוא העיר
- (ב) in se, ubi
  - (α) actus - ותרא חמותה — viditque socrus ejus
  - (β) objectum את אשר—לקטה — *illud*, quod collegerat:

II.) Prandii, ubi
- (א) actus - - ותוצא ותתן—לה — Prompsit quoque & dedit ipsi *illud*, quod reliqvum habuerat post saturitatem ipsius.
- (ב) objectum
  - (α) positum את אשר—הותירה
  - (β) expositum. משבעה׃

Macceph prioris H. aptum sedulitati colligentis; posterioris H. delectationi §. 248. Paschta v. loco servi mirantis affectui aptum. De את hic idem q. v. 17. judica.

Aphor. 1. Amicis, si voluptatem licitam creare possumus, ne intermittamus. 2. De bonis impetratis etiam proximo, præcipue cognatis, partem demus. 3. Reliquiæ sunt colligendæ & retinendæ. 4. Saturatus futuram famen cogita.

v. 19.

v. 19. Colloquium mulierum, ubi

I.) Interrogatio
- א) in se
  - α) specialior
    - 1) intimata, ubi
      - a) actus — וַתֹּאמֶר לָהּ — Tunc dixit illi
      - b) Subjectum — חֲמוֹתָהּ — Socrus ejus
    - 2) explicata
      - a) in se — אֵפֹה לָקַטְתְּ — ubi collegisti
      - b) adjunct. — הַיּוֹם — hodie?
  - β) generalior - וְאָנָה עָשִׂית — & quo venisti operatura?
- ב) Adjunctive. Est vero adjunctum illud precatio. s. votum, cujus hic est.
  - α) actus — יְהִי מַכִּירֵךְ — Sit ille qui agnovit Te
  - β) adjunct. - בָּרוּךְ — felix!

II.) Responsio, ubi
- א) persona, ubi
  - α) actus — וַתַּגֶּד לַחֲמוֹתָהּ — Indicavit vero socrui suæ
  - β) objectum
    - 1) absolute — אֵת אֲשֶׁר—עָשְׂתָה עִמּוֹ — *illum* apud quem operata esset:
    - 2) respective - -
- ב) Nomen, ubi
  - α) Subjectum
    - 1) intimatur — וַתֹּאמֶר — Præterea dixit:
    - 2) explic.
      - a) generalis — שֵׁם הָאִישׁ — Nomen viri,
      - b) specialius
        - aa) in se
          - aaa) absolute — אֲשֶׁר עָשִׂיתִי — apud quem operata
          - bbb) respective — עִמּוֹ — sum
        - bb) adjunctive - הַיּוֹם — hodie,
  - β) Prædicatum. - בֹּעַז׃ — *est* Boazus.

Mac-

Macceph accommodatum ardori ſciſcitantis.

De אנה cum ſervo Vid. v. 17. 18. Si אנה communi ſignificatione accipiendum, verbum עשה habet ſenſum prægnantem: Sin vero, ſignificatio vocis אנה mutanda ut non *ad locum* ſed *in loco* ſignificet.

Aphor. 1. Bene nobis aut noſtris facientibus merito bene precamur. 2. Interroganti candide vera reſpondeas. 3. Rationem habeamus pauperum מכירך. 4. Nulla dies ſine labore prætereat היום.

v. 20. Oratio Naemi

I.) Precantis, ubi
- א) Theſis
  - α) intimata, ubi
    - 1) actus: ותאמר נעמי — Dixit vero Naemi
    - 2) objectum: לכלתה — nurui ſuæ:
  - β) explicat. ubi
    - 1) cauſatum: ברוך הוא — felicitatem conſequatur ipſe
    - 2) cauſa - ליהוה — a Domino,
- ב) ratio. ubi
  - α) actus
    - 1) intimatur - - אשר — qui l. quia
    - 2) ponitur: לא־עזב חסדו — non deſeruit gratia ſua
  - β) object.: את־החיים ואת־המתים — vivos & mortuos:

II.) Narrantis
- א) generalius
  - α) intimata
    - 1) Prædicatum: ותאמר לה — porro dixit illi
    - 2) Subjectum - נעמי — Naemi
  - β) explic. ubi
    - 1) Prædic.: קרוב לנו — propinqvus nobis
    - 2) Subjectum: האיש — hic vir eſt
- ב) ſpecialius. - - מגאלנו הוא׃ — ex cognatis noſtris eſt.

Macceph amori & benevolentiæ q. complexus eſt rem amatam, eſt aptum: Majores loco minorum rem ipſam notabilem ſiſtunt.

Aphor.

Aphor. 1. Indignus beneficio, qui non bene cupit & precatur benefico. 2. Verus amor etiam post mortem amati durat. 3. Quæ nostris tribuuntur, nobis tributa putemus. 4. Cognati cognatorum majorem semper rationem habeant.

v. 21. Sermo Ruthæ. In quo

I.) Signum Dicti ejusque	א) Prædicatum		ותאמר	Et dixit
	ב) Subjectum		רות המאבית	Rutha Moabitis:
II.) Dictum, in quo	א) actus	a) intimatur	1) indeterminate	גם	Quin etiam
			2) determinate	כי־אמר אלי	dixit mihi:
		b) explicatur	1) adjunctive	עם־הנערים אשר־לי	apud famulos meos
			2) in se	תדבקין	hæreas
	ב) adjunctum, ubi	α) actus		עד אם־כלו	donec perfecerint
		β) objectum	1) posit.	את כל־הקציר	omnem messem
			2) expositum	אשר־לי:	meam.

De את cum servo Vid. v. 17. 18. Omne Macceph hic servit delectationi narrantis & promptitudini Boazi. Post כל tamen universalitati servit.

Aphor. 1. Beneficia accepta non sunt silentio obterenda; sed celebranda. 2. Liberalitas piorum non est avara, sed quam diu potest, egenis patet.

v. 22. Spicilegium approbatum

I.) Intimatur, ubi	(א) actus	- -	וַתֹּאמֶר נָעֳמִי	Dixit ergo Naemi
	(ב) objectum	-	אֶל־רוּת כַּלָּתָהּ	ad Rutham nurum suam:
II.) Explicatur, ubi	(א) Thesis, ubi	(a) Prædicatum -	טוֹב בִּתִּי	Bonum *est*, o filia mea
		(b) Subjectum (1) actus -	כִּי תֵצְאִי	quod exeas
		(b) Subjectum (2) adjunct.	עִם־נַעֲרוֹתָיו	cum puellis ejus
	(ב) Ratio, ubi	(a) actus -	וְלֹא יִפְגְּעוּ־בָךְ	ne irruant in te
		(b) adjunct. -	בְּשָׂדֶה אַחֵר:	in agro alio.

De vocativo juncto Vid. D. S. §. 77. quod aptum ardori approbantis, quo etiam omne Macceph referri potest, præter ultimum, quod aptum animo malorum ad vexandos miseros prompto paratoque. §. 248.

Aphor. 1. Bono consilio juvare alios bonum est. 2. Consortium piorum & cognatorum præferendum aliorum consortio. 3. Miseri & egeni non sunt vexandi. 4. Impii non facile aliorum egestati subveniunt.

v. 23. Spicilegium continuatum

I.) In se, ubi	(א) actus	(α) in se	(1) formaliter - -	וַתִּדְבַּק	Adhæsit itaque
			(2) objective -	בְּנַעֲרוֹת בֹּעַז	puellis Boazi,
		(β) ratione finis - -		לְלַקֵּט	ut colligeret,
	(ב) adjunctum respectu messis	(α) primæ		עַד־כִּלּוּ אֶת־הַשְּׁעֹרִים	donec finiretur messis hordeorum
		(β) secundæ -		וְקְצִיר הַחִטִּים	& messis tritici;
II.) Consequenter. -				וַתֵּשֶׁב אֶת־חֲמוֹתָהּ:	Postea mansit apud socrum suam.

Sub $\overline{\wedge}$ duo copulata distingvuntur §. 220. α. ut distincte considerentur §. 245. Ex quo patet magna Boazi liberalitas & Ruthæ sedulitas. Ad posterius etiam referendum Macceph prioris hemistichii. Circa finem adhibetur Macceph & $\overline{\circ}$ loco servi. Prius aptum modestiæ Ruthæ non discurrentis per omnes angulos more lascivarum; sed domi, quasi affixæ, residentis suaque curantis. Quod $\overline{\circ}$ notandum aliisque imitandum sistit §. 245. 248.

Aphor. 1. Seniorum consilio juniores, qui quidem sapiunt, utuntur, illudque sequvuntur. 2. Juvenculæ vitent virorum consortium. 3. Diligenter & constanter est laborandum. 4. Mulieres castæ & pudicæ domi residere, quam in plateis discurrere malunt. 5. In messe qui dormit, post messem esurit. 6. Constantia in omni bono opere requiritur.

CAPUT TERTIUM.

Sponsalia Ruthæ,

I.) Ambiuntur, ubi
- א) Causa q. est Naemi consilium, in quo
  - α) finis - - - v. 1.
  - β) medium consequendi finem illum ratione
    - 1) occasionis - v. 2.
    - 2) actus
      - a) præparatorii v. 3.
      - b) principalis s. formalis - v. 4.
- ב) causatum, q. est obsequium Ruthæ
  - α) promissum - - v. 5.
  - β) præstitum, ubi
    - 1) actus
      - a) præparat. v. 6.
      - b) formal. - v. 7.
    - 2) eventus
      - a) propinq. v. 8.
      - b) remotior v. 9.

II.) Promittuntur, q. describitur
- א) in se, ubi
  - α) exordium - - v. 10.
  - β) propositio
    - 1) ponitur - - - v. 11.
    - 2) restringitur, ubi
      - a) fundamentum v. 12.
      - b) argumentum v. 13
- ב) Consequenter. Est vero consequens illud

- α) propinquius *(in area)*
  - 1) immediatum - - v. 14.
  - 2) mediatum - - v. 15.
- β) remotius *(in urbe)* respectu
  - 1) Ruthæ, ubi
    - a) factum - - v. 16.
    - b) verba
      - aa) general. - v. 16.
      - bb) special. - - v. 17.
  - 2) Naemi - - - v. 18.

v. 1. Felicitas s. quies comparanda

I.) Intimatur, ubi
- א) Prædicatum - - וַתֹּאמֶר לָהּ — Dixit autem illi
- ב) Subjectum - - נָעֳמִי חֲמוֹתָהּ — Naemi Socrus ejus:

II.) Explicatur
- א) ratione finis אֲשֶׁר - - - בִּתִּי — Filia mea,
- ב) in se
  - α) ponitur, ubi
    - 1) actus הֲלֹא אְבַקֶּשׁ־לָךְ — nonne quæsivero tibi
    - 2) objectum - מָנוֹחַ — requiem,
  - β) describitur. אֲשֶׁר יִיטַב־לָךְ׃ — quæ bona (l. utilis) sit tibi?

Vocativus sequentibus cohærere solet; hic vero magnum habet, quo attentionem movet rem magnam prolatura. Vid. Diacrit. S. §. 77. & 248. Macceph prius affectui sedulo quærentis aptum, posterius delectationi, quæ rem illam sequitur.

Aphor. 1. Majores curam gerant minorum. 2. Status vitæ quietus est magna felicitas. 3. Ad felicitatem vitæ omnis homo per naturam fertur. 4. Parentes debent prospicere liberis honesto matrimonio.

v. 2. Boazus ventilans

I.) In se { (א) ponitur, ut { (α) intimetur - - וְעֹתֵר | Jam vero nonne Boazus est
(β) explicetur { (1) nomen - הֲלֹא בֹעַז | cognationis nostræ,
(2) cognatio מֹדַעְתָּנוּ | cujus fuisti cum puellis ejus?
(ב) describitur, ubi { (α) actus - - אֲשֶׁר הָיִית
(β) adjunctum אֶת־נַעֲרוֹתָיו }

II.) ratione actus { (א) in se, ubi { (α) Subjectum - חֹנֵה־הוּא | En ipse est ventilans aream hordeorum
(β) Prædic. ubi { (1) actus - זֹרֶה
(2) objectum - אֶת־גֹּרֶן הַשְּׂעֹרִים
(ב) adjunctive. - - הַלָּיְלָה: | hac nocte.

Particulæ non constructis junctæ §. 113. & Macceph serviunt ardori loquentis & jucunditati rei tractatæ. §. 248.

Aphor. 1. Occasio rei gerendæ caute observanda. 2. Pater familias res suas recte & solicite gerat. 3. Laborare nemini est turpe.

v. 3. Rutha profectura, ubi

I.) Actus { (א) præparatorius { (α) remotior וְרָחַצְתְּ | וָסַכְתְּ | Ergo laues te & ungas te & ornes vestitu tuo te; & descendas in aream: Non cognoscaris viro, donec desierit ille edere & bibere
(β) propinquior { (1) in se וְשַׂמְתְּי שִׂמְלָתֵךְ עָלַיִךְ
(2) objective
(ב) principalis - - וְיָרַדְתִּי הַגֹּרֶן

II.) Adjunctum { (א) modi - אַל־תִּוָּדְעִי לָאִישׁ
(ב) temporis { (α) indicati - עַד כַּלֹּתוֹ
(β) explicati. לֶאֱכֹל וְלִשְׁתּוֹת:

Duo verba ab initio juncta, quia majorem cognationem habent. §. 245. Macceph præcipientis ardori servit. §. 248.

Aphor. 1. Ornare se vestibus per se non est malum, dummodo non fiat male sc. immodice & ad malum finem. 2. Sordes decent honestas mulieres. 3. Quicquid agis, prudenter agas. 4. Non omnis occultatio operum suorum est mala.

v. 4. Rutha cubitatura. Ubi

I.) Actus mandatus
- א) antecedenter, ubi
  - α) conditio - - וְיִהִי בְשָׁכְבוֹ — Atque cum cubuerit ipse
  - β) conditionatum, ubi
    - 1) actus - וְיָדַעְתְּ — tunc notes
    - 2) objectum
      - a) positum אֶת־הַמָּקוֹם — locum
      - b) descript. אֲשֶׁר יִשְׁכַּב־שָׁם — in quo recubet;
- ב) in se
  - α) inchoatus
    - 1) remotius - וּבָאת — & accedas
    - 2) propinquius וְגָלִית מַרְגְּלֹתָיו — & retegas pedes ejus
  - β) consummatus - - וְשָׁכָבְתִּי — & cubes:

II.) Eventus speratus, ubi
- א) actus
  - α) Subjectum - - וְהוּא — Sic ipse
  - β) Prædicatum - - יַגִּיד לָךְ — indicabit tibi
- ב) objectum
  - α) intimatum - - אֵת — illud ipsum
  - β) explicatum. אֲשֶׁר תַּעֲשִׂין׃ — quod faciendum est tibi.

Macceph omne hic accuratiori observationi aptissimum. Prædicatum in posteriori hemistichio distrahitur, ut illud, quod faciendum accuratius notetur, unde etiam אֵת quod alias jungitur, hic habet distinctivum.

Aphor.

Aphor. 1. Quæ feliciter agere vis caute agas. 2. Mandata eorum, qui nobis prodeſſe poſſunt, accurate notanda. 3. Prudentes de futuris callide conjiciunt.

v. 5. Obſequium promiſſum, ubi

I.) Signum Dicti			וַתֹּאמֶר אֵלֶיהָ	Tunc dixit illi:
II.) Dictum, ubi	(א) objectum	(α) adjunctive	כֹּל	Omnia
		(β) in ſe	אֲשֶׁר־תֹּאמְרִי לִי	quæ dicis mihi,
	(ב) actus		אֶעֱשֶׂה׃	faciam.

Macceph promptitudini obedientis ſervit. Majores loco minorum notandum ſiſtunt, illam promptam fuiſſe ad rem illam arduam, quæ alias ſexui fœmineo non decora videri poſſet.

Aphor. 1. Obedientia egregia, ſed rara, eſt virtus. 2. Obedire qui vult, caute præcepti tenorem obſervet, ne quid negligat. 3. Obedientia non ſit coacta, ſed prompta & parata.

v. 6. Obedientia præſtita

I.) Antecedenter			וַתֵּרֶד הַגֹּרֶן	Descendit quoque in aream
II.) In ſe, ubi	(א) actus		וַתַּעַשׂ	& fecit
	(ב) objectum, ubi	(α) actus	כְּכֹל אֲשֶׁר־צִוַּתְהָ	ſecundum omnia quæ præcepit
		(β) Subjectum	חֲמוֹתָהּ׃	ſocrus ejus.

Macceph prompto obſequio ſervit. De diſtinctivo loco ſervi idem hic, q. v. 5. judica.

Aphor. 1. Obſequium non ſolum promittendum, ſed etiam præſtandum. 2. Obedientia non ſit manca & mutila כְּכָל. 3. Superioribus debetur obſequium.

v. 7.

v. 7. Ruth cubitans, ubi.

I.) Antecedens	א) remotius	α) in se rat.	1) cibi	-	וַיֹּאכַל בֹּעַז	Et edit Boazus
			2) potus	-	וַיִּשְׁתְּ	& bibit,
		β) effective		- -	וַיִּיטַב לִבּוֹ	hilarique fuit animo,
	ב) propinquius	1) in se		- -	וַיָּבוֹא	& venit
		2) ratione finis	a) in se	-	לִשְׁכַּב	ut cubaret
			b) adjunct.		בִּקְצֵה הָעֲרֵמָה	ad finem acervi:
II.) Constituens	א) præparatorium			-	וַתָּבֹא בַלָּט	Tunc accessit sensim
	ב) principale	1) inchoatum			וַתְּגַל מַרְגְּלֹתָיו	& retexit pedes
		2) consummatum.			וַתִּשְׁכָּב׃	& accubuit.

Vid. v. 4. ubi sub ט eadem fere verba, sed aliter distincta: Hic enim primus horum trium actuum contradistingvitur reliquis, ob affectuum differentiam. Ibi socrus simpliciter consilium suum aperit & ἄνευ πάθους loquitur: hic vero est pathetica distinctio: Nam in בלט per ֗ distincto subsistit & propius accedere formidat, priusquam Boazum obdormivisse sentiret. §. 248.

Aphor. 1. Cibus & potus exhilarat animum. 2. Opera magni momenti prudenter & caute sunt agenda. 3. Sanctorum opera sunt notanda, non semper imitanda. 4. Ad hilaritatem edere & bibere non est malum. 5. Quod caret alterna requie durabile non est.

v. 8. Rutha deprehensa. Ubi

I.) Antecedens	(א) adjunctive	α) intimatur	ויהי	Accidit vero
		β) explicatur	בחצי הלילה	media nocte
	(ב) in se	α) remotius	ויחרד האיש	ut contremisceret vir
		β) propinq.	וילפת	& inclinaret se:
II.) Actus ipse, ubi	(א) Subjectum		והנה אשה	Et ecce mulier
	(ב) Prædicatum.		שכבת מרגלותיו:	jacebat ad pedes ejus.

In priori H. est Συναίρεσις jx. D. S. §. 217. ut meminerimus, tempus illud ad utrumque verbum pertinere §. 245. In posteriori H. sub ֗ non constructa juncta. Quod aptum præter opinionem accidenti. §. 248.

Aphor. 1. Inopinata terrent. 2. Ne terror noceat, omnes prius circumstantias exploremus. 3. Multa sæpe præter expectationem eveniunt.

v. 9. Boazi inquisitio. Ubi

I.) Interrogatio				ויאמר מי־את	Ergo dixit: Quæ Tu?
II.) Responsio	(א) confitentis, ubi	α) signum Dicti		ותאמר	Dixit vero:
		β) Dictum in quo	1) Subjectum	אנכי	Ego *sum*
			2) Præd.	רות אמתך	Rutha ancilla tua:
	(ב) Petentis, ubi	α) Thesis, in qua	1) actus	פרשת כנפך	expande alam tuam
			2) objm.	על־אמתך	super ancillam *(ancillam inquam)* tuam:
		β) ratio, ubi	1) Prædicat.	כי גאל	Quia propinqvus
			2) Subjectum.	אתה:	Tu *es.*

Ab initio ponitur distinctivus loco servi & Macceph. Prius aptum territo, posterius ardentius inquirenti. In posteriori H. Macceph aptum cupide petenti, Duplex accentus vero modesto timori & vilitatem suam exaggeranti. Non constructa juncta sub Tiphcha jx. §. 213. etiam apta ardori petentis: גאר vero distinctum vim argumenti majori cum ἐνεργείᾳ exprimit.

Aphor. 1. Rite interrogatus recte respondeat. 2. Mendacia & fallacia non conveniunt piis. 3. Injusta a justis non sunt petenda. 4. Cognatis & affinibus suus debetur honor. 5. Precantes decet humilitas.

v. 10. Rutha laudata

I.) Generalius ratione	א) præmii debiti	α) intimati			ויאמר	Tunc dixit:
		β) explicati	1) in se	a) positi	ברוכה אַת	Felix reddaris Tu
				b) expositi	ליהוה	a Domino
			2) ratione subjecti		בתי	o filia mea!
	ב) officii præstiti, ubi	α) actus	1) in se		היטבת	præstantiorem exhibuisti
			2) objective		חסדך האחרון	benignitatem tuam hanc posteriorem
		γ) terminus			מן־הראשון	priori,
II.) Specialius	א) posita, ubi	α) actus			לבלתי־לכת	dum non secuta es
		γ) terminus			אחרי הבחורים	juvenes *juvenes inquam*
	ב) distributa.				אם־דל ואם־עשיר:	sive pauperem sive divitem.

Macceph omne servit festinationi, quæ in illo actu alias foret. Duplex accentus exaggerat & distributioni sequenti aptissimus. §. 272. Majores

jores loco minorum rem illam admiratione dignam sistunt, juvenculam neglectis junioribus amare senem §. 248.

Aphor. 1. Solus DEus felicitatis fons est. 2. In DEO quærat, qui felicitatem desiderat. 3. Bonis bona a DEO precari decet. 4. E. Imprecationes & exsecrationes non decent pias mentes. 5. In studio bonorum operum pergendum & semper ad altiora & præstantiora intendendum. 6. Modestia & pudicitia magnum est mulierum ornamentum.

v. II. Promissio Ruthæ facta

I.)Posita, ubi (א)exordium (α)intimatur - - וְעַתָּה Jam vero
(β) explicatur בִּתִּי אַל־תִּירְאִי Filia mea ne timeas *ne timeas inquam*
(ב) propositio, ubi (α) objectum כֹּל אֲשֶׁר־תֹּאמְרִי omne quod dicis
(β)actus - אֶעֱשֶׂה־לָּךְ faciam tibi:

II.)Robo-rata, ubi (א)actus (α)Prædicatum - - כִּי יוֹדֵעַ Nam scit
(β) Subjectum כֹּל־שַׁעַר עַמִּי omnis porta populi mei
(ב) objectum, ubi (α)Prædicat. (1) intimatur - כִּי quod
(2)ponitur אֵשֶׁת חַיִל mulier virtute prædita
(β)Subjectum - - אַתְּ: Tu *sis.*

Duplex Accentus exaggerat & maxime notandum hoc sistit §. 272. Quo etiam referendus distinctivus loco servi: Macceph vero ardori promittentis servit; post כֹּל־ vero universali complexioni §. 245.

שַׁעַר hic pro urbe, urbs pro incolis per Metalepsin.

Aphor. 1. Bona fama magnum est bonum. 2. Ita vivas, ne bonam famam amittas. 3. Virtus optimum ornamentum. 4. Castitas, modestia & sedulitas præstantissimæ piarum mulierum virtutes.

5. Blanda responsio grata, etiamsi preces irritæ, quanto magis si ratæ. 6. Quem exaudire non potes, blande tamen a te dimittere potes.

v. 12. Promissionis restrictæ fundamentum, ubi

I.) Concessio	א) generalior	α) intimata	- -	וְעַתָּה	Jam vero
		β) Subjectum	- -	כִּי אִמְנָם	omnino ita est
	ב) specialior, ubi	α) Prædicatum	-	כִּי גֹאֵל	quod cognatus
		β) Subjectum	- -	אָנֹכִי	ego *sim*
II.) Limitatio	א) posita	α) Intimatur	- -	וְגַם	Sed etiam
		β) ponitur	- -	יֵשׁ גֹּאֵל	est cognatus
	ב) exposita.		- -	קָרוֹב מִמֶּנִּי:	propinquior me.

De כי גאל hic idem q. v. 9. judica. כי אמנם non structa cohærent q. asserentis ardori aptum. §. 248.

Ruth sic argumentatur: Qui est cognatus debet ducere uxorem mortui. Atq. Boazus --- E. Hunc Syllogismum limitat Boazus h. m. Qui ita est cognatus, ut non sit propinquior, debet ducere uxorem mortui Atq. Boazus --- E. Sic negatur minor.

Aphor. 1. Veritatem, qui pius est, fatetur semper in omni negotio. 2. Alterius quæ sunt, nobis rapere nefas.

v. 13. Promissio restricta

I.) In se, ubi	א) Exordium	- -		לִינִי הַלָּיְלָה	Mane hac nocte
	ב) ipsa promissio respectu				
	α) alterius	1) adjunctive	-	וְהָיָה בַּבֹּקֶר	& erit mane,
		2) in se ubi	a) conditio	אִם־יִגְאָלְךָ טוֹב	si duxerit te bonus *(lubens)*
			b) conditionatum	יִגְאָל	ducat,
	β) sui				

1) posita,

1) posita, ubi	a) conditio	aa) indeterm.	ואם־לא יחפץ		sed si non vult
		bb) determinate	לגאלך		ducere te,
	b) conditionatum		וגאלתיך אנכי		tunc ducam te ego
2) roborata			חי יהוה		per DEum immortalem?
II.) consequenter			שכבי עד־תבקר:		cubes in matutinum.

Macceph omne hic servit promptitudini in re tractata requisitæ. Quo etiam referri potest, minor in בקר repetitus §. 248.

Aphor. 1. Alterius quæ sunt, nemo sibi rapiat. 2. Suum cuique tribue. 3. Jurare licet. 4. Per solum DEum jurandum. 5. Quæ justa sunt, non facere renuit justus. 6. Errare humanum. 7. Errantes in viam reducendi. 8. Conjugia non coacte contrahantur טוב.

v. 14. Ruth mane surgens. Ubi

I.) Actus	א) antecedens	α) in se		ותשכב מרגלותיו	Itaque cubuit ad pedes ejus
		β) adjunctive		עד־הבקר	in matutinum:
	כ) in se	α) formaliter		ותקם	Tunc surrexit
		β) adjunct. ubi	1) actus	a) indicatur — בטרם	priusquam
				b) explic. — יכיר איש	cognosceret alter
			2) objectum	את־רעהו	alterum:
II.) Ratio ubi	א) actus			ויאמר אל־יודע	Nam jusserat *(Boazus)* ne resciscetur
	כ) objectum, ubi	α) actus		כי־באה האשה	venisse mulierem
		β) adjunct.		הגרן:	in aream.

Macceph post עד aptum continuatæ quieti, post אר & כי desiderio Boazi servit. Distinctivus loco servi sub ׃ notabilem sistit curam famæ, simulque indicat illum magna contentione id præcepisse.

Aphor. 1. Bonæ famæ præcipue curam geramus. 2. Non solum malum sed omnis quoque species mali est fugienda. 3. Cum aurora surgat, qui diligens videri desiderat. 4. Aurora omnibus laborantibus amica.

v. 15. Boazi liberalitas

I.) παρασκευαστικῶς, ubi				
א) mandatum	α) intimatur	- -	ויאמר	Et dixit:
	β) explicat. ubi	1) anteced. ejusque		
		a) actus	- - הָבִי	exhibe
		b) objectum	המִטפַּחַת אשר־עליך	amiculum tuum
		2) sequens	ואחזי־בְּרִ	teneque illud;
ב) obsequium		- -	ותאחז בָּרִ	Et illa tenuit:
II.) In se, ubi	א) actus	α) inchoatus	וַיָּמָד שש־שערים	Tunc mensus est sex *mensuras* hordei
		β) continuatus	וַיָּשֶׂת עָלֶיהָ	& imposuit illi:
	ב) consequens	- -	וַיָּבֹא הָעִיר׃	Postea venit *(Boazus)* in urbem.

Macceph hic serio præcipientis prompteque largientis affectui servit. Magnus in הבי loco minoris notabilem sistit ejus benignitatem.

ויבא העיר Castalioni scandalo est, ut mendum esse putet: sed frustra. Hæc verba non ad Rutham, sed ad Boazum pertinent. Cum Masculinum sit verbum, ad virum quoque rectius refertur. Deinde quoque præcedentia verba de Boazo agunt, cur non & hæc? Nec quoque sensus est absurdus. Cum vesperi labore impeditus nequiret, mane ipsum in urbem rediisse, quis mirabitur. Rediisse vero ex actionibus

Cap.

Cap. IV. satis patet. Et quid opus erat in v. seq. verbum תבוא repetere, si hoc v. 16. de Rutha intelligendum ? Num non esset ineptum dicere : Et venit in urbem & venit ad socrum ? Aptius afferri potuisset : Et venit in urbem ad socrum. Rectius ergo hic B. Lutherum sequentes statuimus , v. 16. agi de reditu Boazi v. 17. vero de reditu Ruthæ.

Aphor. 1. Egenis largiter donare pium. 2. Infirmos juvare decet. וישורת עליהן

v. 16. Relatio Ruthæ redeuntis generalior, ubi

I.) Interrogatio s. occasio	א) antecedenter	ותבוא אל—חמותה	Et venit ad socrum suam,
	ב) in se: α) intimatur	ותאמר	quæ dixit:
	ב) in se: β) explicatur	מי—את בתי	Quæ es tu filia mea?
II.) Responsio s. ipsa relatio, ubi			
א) actus		ותגר—לה	Tunc communicavit ipsi
ב) objectum ubi: α) Prædicat. 1) intimatur		את	illa
ב) objectum ubi: α) Prædicat. 2) explic.		כל—אשר עשה—לה	omnia quæ fecerat ipsi
ב) objectum ubi: β) Subjectum.		האיש׃	vir ille.

Macceph primum festinanti , secundum cupide quærenti, tertium narrantis ardori , quartum universalitati, quintum promptitudini promittentis & largientis accommodatum §. 248. D. S. In prima voce Distinctivus loco servi notandum sistit reditum matutinum. In posteriori H. duplex accentus exaggerat & indicat , illam prolixe & sæpius rem ipsam narrasse , ut fieri solet in rebus arduis & jucundis.

Aphor. 1. Mandata negotia recte curanda. 2. Quomodo mandata fecerimus mandanti recte exponendum. 3. Beneficia qui accepit beneficum merito laudat.

v. 17.

v. 17. Laudata liberalitas (f. Relatio Ruthæ ſpecialior) ubi

I.) Actus { (א) intimatur - - - ותאמר | Præterea dixit: (Ruth)
(ב) explicatur { (α) objective שש--השערים האלה | Sex *menſuras* hordei has
(β) in ſe - - נתן לי | dedit mihi:

II.) Cauſa, ubi { (א) Signum Dicti { (α) intimatur - כי | Nam
(β) explicatur אמר אלי | dixit ad me:
(ב) Dictum, in quo { (α) actus אל--תבואי ריקם | non venies vacua
(β) terminus. אל--חמותך | ad ſocrum tuam.

Primum Macceph promptæ liberalitati aptum, reliqua ſerviunt ardori loquentis.

Aphor. 1. Pauperes ſine dono a ſe dimittere divites dedecet. 2. Liberales laude ſua non defraudandi. 3. DEus mirabiliter ſuos ducit.

v. 18. Naemi conſolans, ubi

I.) Theſis, in qua { (א) actus { a) intimatur - - ותאמר | Tunc dixit (Naemi)
b) explicatur - - שבי בתי | Expecta filia mea,
(ב) terminus, in cujus deſcriptione { a) actus { 1) intimatur - עד | donec
2) explicatur אשר תרעין | cognoſcas
b) objectum { 1) intimatum איך | quomodo
2) explicat. יפל דבר | cadat res

II.) Ra-

II.)Ratio, ubi { א) conditionatum, ubi { α)Prædicat. { 1) intimatur - כִּי / 2) explic. לֹא יִשְׁקֹט } Nam non quiescet
ב)conditio { α)in se / β)adjunctive. - - כִּי־אִם־נִלְאָה הָרִבֵּר הַיּוֹם: } vir ille, nisi perfecerit rem hodie.

Signum Dicti cum parte Dicti cohærens §. 211. aptum affectui blande svaviterque consolantis, Sakeph in בתי actum illum inculcat notabilemque sistit. כי minus distinctum jx. §. 213. etiam servit solari cupienti: Macceph accommodatum ardori rem perficere cupientis §. 248.

Aphor. 1. Tristes & miseri solatio sunt resciendi. 2. In re ardua patientia opus est, qua finem & exitum expectemus. 3. Negotia sua vir prudens diligenter curat. 4. Ad bonum non simus tardi.

CAPUT QUARTUM.

Secundæ nuptiæ Ruthæ. Ubi

I.)Actus { א)antecedens s. fundamentalis qui est disceptatio judicialis descripta { α)præparative ratione { 1) Personarum disceptantium s. actoris & rei - - v. 1. / 2.)testium, l. si mavis, judicum - v. 2. } / β)in se s. ipsa actio & propositio { 1)posita & explicata { a)causaliter - - v. 3. / b) ratione modi - v. 4. } / 2) extensa, ubi conditio { a) oblata - v. 5. / b)repudiata { aa)ponitur v. 6. / bb)probatur } } } / aaa) fundamentaliter - - v. 7. / bbb) in se - - - v. 8. }
ב)constituens { α)in se respectu { 1) dotis - - v. 9. / 2) sponsæ - - - v. 10. } / β) adjunctive, ubi { 1) attestatum - - / 2) votum respiciens { a) præsentes / b) posteros } } - - v. 11. - v. 12.

II.) Effectus { א) in se q. est filius - - - v. 13.
ב) adjunctive s. consequenter respectu { α) Dei - - v. 14.
β) hominum { 1) præsentium, { a) aviæ v. 15.
b) filii
1) absentium np. { aa) educandi v. 16.
bb) nominandi v. 17.
2) absentium np. { a) majorum v. 18. seq.
b) minorum v. 21. seq.

v. 1. Boazus in jus ambulans. Ubi

I.) Actor ejusque actio { א) præparat. { α) in se ejusque { 1) Subjectum - וּבֹעַז — Boazus vero
2) Prædicatum עָלָה הַשַּׁעַר — adscendit in portam
β) Conseq. - וַיֵּשֶׁב שָׁם — seditque ibi;
ב) Principal. ejusque { α) occasio { 1) posita, ubi { a) Subj. וְהִנֵּה הַגֹּאֵל — Et ecce cognatus
b) Prædicat. עָבַר — præterire voluit
2) descript: אֲשֶׁר דִּבֶּר בֹּעַז — (quem dixerat Boazus c. 3. 12.)
β) formale { 1) in se { a) intimatur - וַיֹּאמֶר — Cui dixit:
b) ponitur סוּרָה שְׁבָה פֹּה — recede & sede hic
2) adjunctive - פְּלֹנִי אַלְמֹנִי — alicubi:

II.) Reus. - - וַיָּסַר וַיֵּשֶׁב: — Qui recessit & sedit.

Segolta libere positus notabilem sistit viri diligentiam in expediendis negotiis. Signum Dicti parti cohærens §. 211. ardorem petentis, quo etiam

etiam referendum Macceph ante פֹּה. Macceph post דבר convenientiæ sermonis. c. 3. 12. & rei præsenti aptum §. 245.

Aphor. 1. Solertis & diligentis est, sua negotia sine mora expedire. 2. Judicia Christianis sunt licita. 3. Judicia rectius fiunt in locis publicis.

v. 2. Testium l. judicum electio. Ubi

I.) Actus
- (א) antecedens
  - (α) generalius
    - 1) in se - - וַיִּקַּח — Postea accepit
    - 2) objective עֲשָׂרָה אֲנָשִׁים — decem viros,
  - (β) specialius - מִזִּקְנֵי הָעִיר — ex senioribus civitatis
- (ב) principalis - - וַיֹּאמֶר שְׁבוּ־פֹה — & dixit: sedete hic,

II.) Eventus. - - וַיֵּשְׁבוּ׃ — & sederunt.

Objectum distrahitur nempe descriptum a descripto Vid. §. 216. & 220. η. Quod diligentiæ, quam adhibuit in eligendis testibus & judicibus & notabilem fistit qualitatem horum virorum. Macceph studio petentis servit.

Aphor. 1. Judices & testes plures rectius adhibentur: Unus enim facilius corrumpitur. 2. Judices ex incolis civitatis constituendi, quibus jura civitatis nota. 3. Seniores ad judicandum aptiores, quam juvenes.

v. 3. Ager vendendus. Ubi

I.) Objectum
- (א) intimatur - - וַיֹּאמֶר לִגְאֹל — Tunc dixit cognato:
- (ב) explicatur
  - (α) generalius - חֶלְקַת הַשָּׂדֶה — Partem agri,
  - (β) specialius
    - 1) indeterminate אֲשֶׁר לְאָחִינוּ — quæ *fuit* consanguinei nostri
    - 2) determinate לֶאֱלִימֶלֶךְ — nempe Elimelechi, אלימלך

II.) Actus	(א) positus	- -	מכרה נעמי	vendere vult Naemi
	(ב) expositus rationi subjecti, ubi	(α) actus	השבה	reversa
		(β) terminus	משדה מואב:	ex agro moabitico.

Distinctivi loco servorum attentioni movendæ serviunt. Per Appositionem cohærentia separantur §. 220. γ. ut accuratius utrumque consideretur, nempe esse consangvinei & quidem Elimelechi, viri boni ipsis noti & sine dubio etiam clari. In posteriori hemistichio, etiam descriptum a descripto separatur §. 220. η. ut utrumque attentius consideretur.

Aphor. 1. Emere & vendere piis est licitum. 2. Variæ causæ accidere possunt, propter quas divites quondam, sua bona vendere cogantur. 3. E. divitiis ne superbiamus sed in vero DEI timore illis utamur.

v. 4. Optio agri redimendi

I.) Data	(א) generalius, ubi	(α) Signum Dicti	1) intimatur		ואני אמרתי	Propterea Ego dixi:
			2) explic. ratione	a) finis	אגלה אזנך	aperiam tibi
				b) modi	לאמר	dicendo:
		(β) Dictum, respiciens	1) totum, ubi	a) actus	קְנֵה	Eme
				b) adj.	נגד הישבים	Coram incolis
			2) partem	a) positam	ונגד זקני	& coram senioribus
				b) expositam	עמי	populi mei:
	(ב) specialius respectu conditionis					

α) affir-

α) affirmativæ, ubi	1) ipsa conditio	-	אם־תגאל	Atque si redimere vis
	2) conditionatum	- -	גאל	redime;
β) negativæ, respectu cognati	1) propinquioris ubi	a) in se, aa) conditio ipsa	ואם־לא יגאל	Si vero non *es qui* redimat,
		bb) conditionatum	הגידה־לי	indica mihi,
		b) ratione finis aa) positi	ואדעה	ut sciam:
		bb) probati		
	aaa) indeterminate	aaaa) intim. - -	כי	quia
		bbbb) explicat.	אין זולתך	non est præter te
	bbb) determinate	- -	לגאול	ad redimendum,
	2) remotioris	- -	ואנכי אחריך	Ego vero post te:
II.) Accepta, ubi	א) Signum Dicti	-	ויאמר	Dixit vero:
	ב) Dictum	-	אנכי אגאל׃	Ego redimam.

Circa interpunctionem hic notanda sunt seqq. Sub Rbhia ab initio, sub ֣ & in זקני & ואדע ponuntur minores loco majorum, qui festinationi amantis apti, cui etiam servit utrumque Macceph. ־ in קנה pro minore serio mandanti & rem inculcanti servit. Huc etiam referri possunt omnes majores loco minorum, & distinctivi, loco servorum, qui insuper conatum & studium hujus viri notandum sistunt. Præterea sunt apti affectui timentis, ne sponsa ipsi erepta ad alterum deveniat. Distinctio plane ab ordinario recedit, quam merito miramur. Non tamen facta est frustra; Sed in re ardua & crepera, ubi Boazus variis & contrariis affectibus movetur, nempe amore, spe, timore, alia esse non poterat. Amor & spes abripiunt, timor retrahit. Quibus affectibus tam interpunctio, quam distinctio convenit. Vid. Diacrit. S. §. 245.

אם לא תגאל. Esse hic Ellipsin facile ex contextu patet. Simile exemplum habemus Es. XXIIX. 26. הנני יסד בציון אבן Ecce ego *sum*, *qui* fundat in Sione lapidem.

Aphor. 1. Justitiæ est suum cuique tribuere. 2. Quæ rata esse debent, adhibitis testibus fiant. 3. Distinctio dominiorum semper fuit in populo DEI.

v. 5. Officium redemturi agrum, ubi

I.) Conditio	(א) intimatur	- -	ויאמר בעז		Sed dixit Boazus
	(ב) explicatur ratione	(α) actus	ביום־קנותך השדה		quo die acquiris agrum
		(β) termini	מיד נעמי		ex manu Naemi,
II.) Conditionatum ratione	(א) actus	(α) terminative	1) intimati	מאת	etiam a
			2) positi		
			a) in se - -	רות	Rutha
			b) adjunct.	המואביה אשת־המת	moabitide uxore mortui
		(β) in se - -		קנות	emes
	(ב) finis	(α) positi		להקים שם־המת	ut suscites nomen mortui
		(β) expositi.		על־נחלתו:	in hæreditate ejus.

Omne Macceph hic ardori loquentis servit, quo etiam pertinet Signum Dicti minus distinctum §. 211.

Aphor. 1. Qui vult beneficia, non detrectet officia. 2. Etiam nominis ad posteros propagatio est aliqua pars felicitatis.

v. 6.

v. 6. Repudiata conditio

I.) In ſe, ubi	(א) Theſis	(α) intimata	ויאמר הגאל	Tunc dixit cognatus:
		(β) explicata (1) generalius	לא אוכל	non poſſum
		(β) explicata (2) ſpecialius	לגאל־לי	redimere mihi,
	(ב) Ratio		פן־אשחית את־נחלתי	ne corrumpam hæreditatem meam:
II.) Conſequenter, ubi	(א) Theſis in qua	(α) actus	גאל־לך אתה	Redime tibi Tu
		(β) objectum	את־גאלתי	illud q. redimere debebam;
	(ב) Ratio	(α) poſita	כי לא־אוכל	Quia non poſſum
		(β) expoſita.	לגאול:	redimere.

De ſigno Dicti minus diſtincto Vid. D. S. §. 211. Macceph multiplex hic aptum affectui repudiantis, qui manibus pedibusque obnixe conatur, hoc a ſe avertere. Quo etiam referendum כי non conſtructum, quod jungitur. Majores ſub־ loco minorum notandum hoc ſiſtunt & mirandum. Alias omnes plus habere cupiunt pauci ſatis habent: Hic vero ſuis contentus, ne quidem ea, quæ jure habere poterat, deſiderat, nec divitiarum nec voluptatis præter modum cupidus.

גאלתי uno h. l. vocabulo latino vix expreſſerimus, unde in verſione plura adhibui. Caſtalio vertit, *Quod mei juris eſt.* In Vulgata per *privilegium* hæc vox exprimitur, quæ vox tamen generalior.

Aphor. 1. Plura appetere, quam quibus commode frui poſſis, non eſt ſapientis. 2. Quibus nobis opus non eſt, illa aliis non invideamus. 3. Ultra vires nil conandum aut ſuſcipiendum. 4. Præſtat pauca bene, quam multa male adminiſtrare. 5. Non, ut multum habeamus eſt laborandum, ſed ut eis, quæ habemus, recte utamur 6. Juri tuo cedas, ſine damno ſi uti nequis.

v. 7.

v. 7. Mos cedentis jure redimendi, ubi

I.) Actus	א) indicatus					וזאת לפנים	Hoc *(moris erat)* olim
	ב) explicatus	α) in se	1) adjunctive, ubi	a) tempus		בישראל	inter Israelitas
				b) locus			
			2) object.			על־הגאלה ועל־התמורה	circa redemptionem & permutationem
		β) ratione finis				לקים כל־דבר	ut confirmaretur tota res.
		α) in se, ubi	1) actus		-	שלף איש	Detraxit vir
			2) objectum		-	נעלו	calceum suum,
		β) consequenter			-	ונתן לרעהו	& dedit proximo suo
II.) Effectus	א) in se				-	וזאת התעודה	& hoc erat testimonium
	ב) adjunctive.				-	בישראל:	Inter Israelitas.

Macceph primum & secundum aptum ardori asseverantis, tertium universalitati. Ab initio non constructa cohærent jx. §. 74. quod eandem vim habet cum Macceph primo & secundo.

Aphor. 1. Cuilibet negotio & olim & adhuc certi ritus adhibentur, rem qui testatam reddunt. 2. Mores antiqui dummodo honesti, recte observantur. 3. Omnia negotia ita tractanda, ut consistere possint. 4. Cuilibet populo sui sunt mores. 5. Moribus populorum & regionum honestis non est obviandum.

v. 8.

v. 8. Cessio juris

I.) Posita, ubi	א) Signum Dicti, ubi	α) actus	ויאמר הגאל	Dixit ergo cognatus
		β) terminus s. objectum	לבעז	Boazo
	ב) Dictum		קנה־לך	acquire *(eme)* tibi:
II.) Confirmata.			וישלף נעלו:	& detraxit calceum suum.

Macceph lubenter cedentis affectui servit. Majores loco minorum positi hic eandem vim habent, quam v. 6.

Aphor. 1. Qui promissa servare vult, testimonio sufficienti illa roborare non detrectat. Conf. plura v. 6. & 7.

v. 9. Dos accepta. Ubi

I.) Actus	א) testatus	α) intimatur	1) special.	a) in se	ויאמר בעז	Tunc dixit Boazus
				b) terminative	לזקנים	senioribus
			2) generalius		וכל־העם	& omni populo:
		β) explicatur	1) in se		עדים אתם	Testes estis vos
			2) adjunctive		היום	hodie
	ב) explicatus respectu					
	α) patris	1) in se			כי קניתי	quod emerim
		2) object.			את־כל־אשר לאלימלך	omnia q. fuerunt Elimelechi
	β) filiorum	1) majoris	a) intimatur		ואת	& illa
			b) ponitur		כל־אשר לכליון	omnia q. *fuerunt* Chiljonis
		2) minoris			ומחלון	& Machlonis *quæ fuerunt*,
II.) Terminus a quo					מיד נעמי:	ex manu Naemi.

Signum Dicti minus distinctum §. 211. servit ardori loquentis: copulata distincta §. 220. α. distinctius & accuratius considerari volunt §. 245. Omne Macceph hic universalitati accommodatum. אֶת distinctum rem, de qua agitur, notabilem sistit, quod, ut potuit, exprimitur in versione.

Aphor. 1. Quæ certa & firma esse volumus, testibus confirmentur. 2. Jure acquisita honeste possidentur.

v. 10. Nuptiæ Boazi

I.) Conciliatæ, quæ describuntur ratione finis					
א) affirmative, ubi	α) actus	1) objective, quod objectum describitur ratione	a) patriæ quæ explicat.	aa) intimatur	וְגַם	Etiam
				bb) explicat.	אֶת־רוּת הַמּוֹאֲבִיָּה	Rutham Moabitidem
			b) conjugii		אֵשֶׁת מַחְלוֹן	uxorem Machlonis
		2) in se	a) formaliter		קָנִיתִי לִי	accipio mihi
			b) ratione finis		לְאִשָּׁה	uxorem,
	β) finis	1) in se			לְהָקִים שֵׁם־הַמֵּת	ut fuscitem nomen mortui
		2) adjunctive			עַל־נַחֲלָתוֹ	in hæreditate ejus
ב) negative	α) specialius, ubi	1) actus			וְלֹא־יִכָּרֵת שֵׁם־הַמֵּת	ne pereat nomen mortui
		2) adjunctum			מֵעִם אֶחָיו	ex consangvineis suis
	β) generalius				וּמִשַּׁעַר מְקוֹמוֹ	& ex porta loci sui:
II.) Testatæ, ubi	א) actus				עֵדִים אַתֶּם	Testes *estis* vos
	ב) adjunctum				הַיּוֹם׃	hodie.

Minores

Minores loco Majorum sub Rbhia & Macceph apta affectui prompte libenterque sponsam recipientis. Finis affirmative & negative descriptus cohærere posset: Hic vero distingvitur, ut eo melius utrumque notetur. Duplex Accentus exaggerat & distribuit. Cum utriusque agrum jx. v. 9. acceperit, in utroque quoque nomen conservari vult.

Aphor. 1. Est quoque pars aliqua felicitatis nominis propagatio. 2. Amor erga consangvineos in piis ne quidem post mortem illorum desinit. 3. Quæ recta & firma esse volumus testibus confirmentur.

v. 11. Adjuncta nuptiarum

I.) Attestatum	א) intimatum	α) generalius, ubi	1) Prædicatum	-	וַיֹּאמְרוּ	Et dixerunt,
			2) Subject.		כָּל־הָעָם אֲשֶׁר־בְּשַׁעַר	qui erant in porta
		β) specialius		-	וְהַזְּקֵנִים	& seniores *dixerunt*:
	ב) positum			- - -	עֵדִים	Testes *erimus*.
II.) Votum respiciens	א) sponsam, ubi	α) actus	1) positus	a) in se	יִתֵּן יְהוָה	Faciat Dominus
				b) object.	אֶת־הָאִשָּׁה	mulierem
			2) expositus		הַבָּאָה אֶל־בֵּיתֶךָ	venientem in domum tuam
		β) modus	1) positus		כְּרָחֵל וּכְלֵאָה	ceu Rachelem & Leam
			2) expositus ubi	a) actus	aa) in se	אֲשֶׁר בָּנוּ	quæ ædificarunt
					bb) subjective	שְׁתֵּיהֶם	ambæ
				b) objectum		אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל	domum Israelis
	ב) sponsum ratione					

α) factorum		ועשה־חיל באפרתה	& facias præclara in Ephrata
β) verborum	1) in se - -	וקרא־שם	& celebre consequaris nomen
	2) adjunctive.	בבית לחם׃	Bethlehemi.

Duplex Accentus exaggerat & distribuit, unde sequentibus est aptissimus. Copulata distincta jx. §. 220. α.) distinctius consideranda §. 245. quod facit ad majorem testimonio autoritatem conciliandam. Descriptio a descripto separata §. 220. η. p. 123. quo accuratius perpendantur.

קרא hic non potest significare simpliciter vocare aut celebrare; sed celebre nomen adipisci. Castalio vertit *nomen pares.* Vulgata: *Habeat celebre nomen.* Ubi illud ad sponsam, refert, quod tamen ad sponsum pertinet. Notum est Ebræis tam Adjectiva, quam Verba simpliciter posita interdum adjunctum aliquod simul indicare. V. Sennert: Idiotism. C. XXVI. & XCII. & qui ibi citantur.

Aphor. 1. Plurium & seniorum testimonium præferendum est paucorum & juniorum. 2. Res honestæ bonis ominibus prosequendæ. 3. Proles est finis & ornamentum conjugii. 4. Celebritas nominis non exiguum est bonum. 5. Viri boni bene res suas gerunt.

v. 12. Optata posteritas, ubi

I.) Actus	א) positus	α) in se - -	ויהי ביתך	Et sit domus tua
		β) ratione modi	כבית פרץ	sicut domus Perezi,
	ב) expositus, ubi	α) actus	אשר־ילדה תמר	quem peperit Thamar
		β) finis ־ֹ -	ליהודה	Judæ

II.) Ter-

II.) Terminus a quo	א) remotior	α) ponitur -		מִן־הַזֶּרַע	Ex prole
		β) describitur, ubi	1) actus	a) in se	אֲשֶׁר יִתֶּן	quam dederit
				b) subjective	יְהוָה	Dominus
			2) finis	ךָּ -	לָךְ	tibi;
	ב) propinquior.				מִן־הַנַּעֲרָה הַזֹּאת׃	ex puella hac *quam dederit.*

Descriptio a descripto separata §. 220. η. notabilior fistitur. §. 245. 248. In posteriori H. membra descriptionis separantur, quod ἀνωμάλως fit §. 215. nec sine magna emphasi. Sic enim volunt hanc mulierem distinguere a reliquis. Majores loco minorum rem exaggerant & notabiliorem reddunt.

Aphor. 1. Est etiam pietatis officium bene precari proximo. 2. Fœcunditas conjugialis est DEI donum. 3. Læta posteritas magna parentum felicitas. 4. Pietatis est, proximo bona sua non invidere. 5. Liberos, quos DEUS dedit, parentes DEO reddere conentur. 6. Qui liberos suos non ad pietatem instruit, DEI dono abutitur. 7. Qui prole beantur, DEO gratias agere non obliviscantur.

v. 13. Fructus conjugii

I.) Antecedenter. Est vero antecedens illud	א) remotius, ubi	α) actus	1) in se -		וַיִּקַּח בֹּעַז	Sic accepit Boazus
			2) objective		אֶת־רוּת	Rutham
		β) finis			וַתְּהִי־לוֹ לְאִשָּׁה	ut esset uxor ejus,
	ב) propinquius -				וַיָּבֹא אֵלֶיהָ	& venit ad eam;
II.) In se	א) inchoatus, ubi	α) actus	1) formaliter		וַיִּתֵּן יְהוָה	Dedit quoque DEus
			2) ratione finis	ָהּ	לָהּ	illi *(mulieri)*
		β) objectum - -			הֵרָיוֹן	conceptum
	ב) consummatus. - -				וַתֵּלֶד בֵּן׃	& peperit filium.

Macceph delectationi conjugiali accommodatum. Majores loco minorum notandum fiſtunt hoc conjugium, nempe Boazum ſibi peregrinam mulierem matrimonio junxiſſe.

Aphor. 1. Liberi ſunt DEI donum. 2. Qui prolem expetunt, DEI favorem ambiunt. 3. Gravidæ DEum celebrent & timeant. 4. Cum liberi ſint DEI donum, etiam ad DEI gloriam ducentur & inſtituantur. 5. Qui liberos non habent, DEI voluntati ſe ſubjiciant.

v. 14. Laus DEO debita reddita ubi

I.) Theſis, ubi
- (א) Signum Dicti, in quo
  - α actus — ותאמרנה הנשים — Et dixerunt mulieres
  - β objectum — אל—נעמי — ad Naemi:
- (ב) Dictum
  - α) poſitum — ברוך יהוה — Laudandus eſt Dominus
  - β) expoſitum, ubi
    - 1) actus
      - a) in ſe, ubi
        - aa) Subjectum — אשר — qui
        - bb) Prædicat.
          - aaa) formal. — לא השבית — noluit deeſſe
          - bbb) finis — לך — tibi
      - b) objective — גאל — vindicem *(hæredem)*
    - 2) adjunctum — היום — hodie *(in hunc usque diem:)*

II.) Ratio
- (א) in ſe — ויקרא שמו — Nam celebrabitur nomen ejus
- (ב) adjunctive. — בישראל: — inter Israelitas.

Macceph aptum promptitudini mulierum ad laudandum DEum, quo etiam referendum Signum Dicti cum parte Dicti cohærens §. 211. 248. Dictum vero ſeparatur, ut omnia diſtinctius cognoſcantur. §. 245.

Aphor.

Aphor. 1. Omnium beneficiorum fons & origo est DEus ejusque benignitas. 2. Pro omnibus beneficiis laus DEO debetur. 3. Indignus beneficio, qui non agit gratias benefico. 4. Etiam pro illis, quæ proximo feliciter eveniunt, DEO gratias agamus.

v. 15. Bonum omen in quo

I.) Thesis respiciens	א) interna	α) ratione finis		והיה לך	Et erit tibi
		β) in se		למשיב נפש	recreans animum
	ב) externa			ולכלכל את־שיבתך	& sustentans senectutem tuam:
II.) Ratio	א) posita, ubi	α) Subjectum	1) intimatur		כי Quia
			2) explic.	כלתך אשר־אהבתך	nurus tua, quæ amavit te
		β) Prædicatum		ילדתו	peperit illum,
	ב) exaggerata, ubi	α) actus	1) Subjectum	אשר־היא	quæ ipsa *est*
			2) Prædicatum	טובה לך	bona tibi
		β) modus.		משבעה בנים׃	præ septem filiis!

Omne Macceph lætitiæ aptum, ultimum tamen etiam affectui cupide loquentis tribui potest. Majores loco minorum in utroque hemistichio exaggerant & res, de quibus agunt, notabiliores sistunt.

Aphor. 1. Liberi sint parentibus solatio & delectationi. 2. Liberi parentes egenos sustentent & alant. 3. Nurus & Socrus mutuus amor esto. 4. Affines bene morati præferendi malis cognatis & liberis.

v. 16.

v. 16. Educatio pueri

I.) Ratione modi, ubi	א) antecedens	α) formaliter	וַתִּקַּח נָעֳמִי	Accepit igitur Naemi
		β) objective	אֶת־הַיֶּלֶד	puerum,
	ב) sequens	-	וַתְּשִׁתֵהוּ בְחֵיקָהּ	& posuit illum in sinum suum
II.) In se.	-	-	וַתְּהִי־לוֹ לְאֹמֶנֶת׃	Et fuit ipsius nutrix.

Sunt hic tres distinctæ propositiones, debebat ergo adesse ־ jx. Diacrit. S. θ. 43. p. 206. adhibetur vero Sakeph, qui aptior promptitudini & delectationi, quo etiam utrumque macceph referri potest. Majores vero loco minorum adhibiti (Nam omisso Sakeph potuissent sub Silluco esse servus & sic etiam Tiphcha in minore adhiberi) notari volunt curam & diligentiam socrus Naemi, quam exhibuit huic puero. Ex quo patet amor socrus erga Rutham.

Aphor. 1. Educatio Liberorum magnam curam & diligentiam requirit. 2. Nutrices piæ & prudentes infantibus sunt constituendæ. 3. Infantes blande cauteque sunt tractandi.

v. 17. Nomen puero impositum. Ubi.

I.) Consultatio: ubi	א) actus	α) generalior	1) in se	a) formalit.	וַתִּקְרֶאנָה לוֹ	Et imponere voluerunt illi
				b) subjective	הַשְּׁכֵנוֹת	vicinæ
			2) effective	-	שֵׁם	nomen
		β) specialior	-	-	לֵאמֹר	dicendo:
	ב) ratio	-	-		יֻלַּד־בֵּן לְנָעֳמִי	Natus est filius Naemi.

II.) Exe-

II.) Executio { א) ponitur, ubi { α) actus ותקראנה שמו } unde vocarunt nomen ejus
β) effectus - - עובד } Obed:
ב) exponitur ratione posteritatis { α) immediatæ חוא אבי־ישי } Hic est pater Isai
β) mediatæ. אבי דויד: } Patris Davidis.

Ab initio Minores extraordinarii & Macceph apti sunt promptitudini mulierum ad nomen imponendum. Ultimum aptum relationi & amori q. est inter patrem & filium.

Verbum קרא ab initio non de actu, sed de voluntate & conatu accipiendum, quia in posteriori H. demum de actu agitur. Alias foret ψευδολογία & ἀδολεσχία, quæ in Spiritum S. non cadit.

Aphor. 1. Imponenda sunt infantibus nomina utilis significationis. 2. Vicinorum est vicinis in rebus honestis subvenire. 3. Bonus vicinus lætatur prosperitate vicini.

v. 18, 19, 20, 21, 22. Genealogia Boazi in qua

I.) Majores nati { א) ante exitum ex Canaan, ubi { α) Tritavus Perez
β) Atavus Chezron } - - v. 18.
ב) ante reditum in Canaan { α) remotiores { 1) Abavus Ram
2) Proavus Amminadab } v. 19.
β) propinquiores { 1) Avus Nachschon
2) Pater Salma } v. 20.

II.) Minores nati { א) immediate, ibi Filius Obed - - - v. 21.
ב) mediate { α) propinquius. Nepos Isai
β) remotius, Pronepos David. } v. 22.

In his & similibus difficiliores erunt Dispositiones, ubi non lux ex Historiis rebus affulget. Vid. Diacrit. S. §. 258. Quoniam vero non omnino destituimur historia ad hanc genealogiam pertinente, Vid. Gen. XLVI. 12. Exod. VI. 23. Num. I. 7. c. VII. 12. 1. Paral. II. 10. 11. Matth. I. 3. seqq. hos quinque pasucos sic disponere poterimus, ut hic videre est, aut si quis meliori modo potest.

Aphor. 1. Genealogiæ V. T. non sunt plane inutiles. 2. DEus non solum Israelitis, sed etiam Gentilibus filium suum misit (qvia quosdam dignatus est admittere inter suos majores v. g. hic Ruth & Rachab. 3. Etiam magni peccatores a Christo recipiuntur (Ruth Moabitis quæ idola coluerat, Rachab זונה.) 4. Christus etiam mulierum Redemptor (Quia etiam quarundam nomina genealogiæ suæ immiscere voluit) 5. Etiam pauperes DEO accepti & curæ sunt. 6. Divitum filii possunt fieri pauperes & pauperum filii divites. 7. E. Divites ne superbiant. 8. Pauperes ne desperent.

PARA-

PARAPHRASIS.

TEmpore judicum, quamvis illi pro virili officio suo satisfacere laborarent, non tamen omnes plagæ averti potuerunt. Peccata enim subditorum omnem curam & omne studium piorum Magistratuum impediverunt. Cum itaque Ehud jugum ab Israelitarum cervicibus occiso Rege Moabitarum Eglone victisque auxilio divino ejus copiis abstuliſſet, atque illi libertate per octoginta annos fruerentur, annonæ caritate annis quibusdam afflicti sunt. Unde vir quidam ex urbe Bethlehemo, illa scilicet, quæ in tribu Juda sita, extra patriam vitæ sustentandæ media quærere coactus in regionem moabiticam abiit, & quidem cum tota sua familia uxore nempe & filiis. Quippe quos omnes famis acerbitas patria expellebat. Nomen vero illi viro erat Elimelecho, uxori Naemi, filiis vero Machloni & Chiljoni. Hi erant Ephratæi ex urbe Bethlehemo oriundi. Cum vero veniſſent in terram Moabitarum, ibi domicilium sibi constituerunt. Dum vero famis molestiam effugere quærit Elimelechus in mortis laqueos incidit superstite Naemi vidua uxore quondam dilectissima nec minus ipsum amante. Huic dolorem augebat duorum filiorum orbitas auxilio & consilio matris indigentium. Quod eo magis illam afligebat, quo minus illis in omnium rerum penuria & peregrina terra succurrere valebat. Qui tamen, ut rebus suis (quantum possent) consulerent, uxores duxerunt, easpue Moabitidas, cum a patria remoti Israeliticas non possent. Nomina harum mulierum erant Arpa & Rutha quarum illa erat Chiljonis; hæc

Cap. I. v. 1.

vers. 2.

v. 3.

v. 4.

vero Machlonis uxor. Cum quibus per duo fere luſtra in regione moabitica vixerunt, matrimonio nec infelici nec injuverſ. 5. cundo fruentes. Cum vero nulla hujus vitæ proſperitas firmo talo perſiſtat, brevis fuit hæc voluptas & præter opinionem abrupta utriusque tam Machlonis, quam Chiljonis morte. Ita Naemi & natis & marito orbata ſuperſtes in luctu & ſqualore v. 6. ſedit. Induxit ergo in animum relicta regione Moabitarum, in qua hactenus peregrina vixerat, patriam reviſere. In quo propoſito illam confirmavit rumor de meliore patriæ ſtatu: DEus enim largiore victus copia illam ditaverat. Nurus quoque v. 7. ſe illi comites præbere voluerunt. Re ſic deliberata in pedes ſe contulerunt, reculisque ſuis collectis ex loco, ubi hactenus vixerant, digreſſæ & illa & nurus ejus iter in terram Juv. 8. dæam direxerunt. Cum vero re accuratius perpenſa opinaretur, nuribus conſultum non eſſe, ſi peregre abeuntes ſecum in Judæam proficiſcerentur, Eas a propoſito abeundi dehortatura ſic allocuta eſt: Quid opus eſt mihi comitibus, aut quid vos mihi aut ego vobis profuero? Si meo uti vultis conſilio, in domum maternam, quælibet in ſuam, redeatis: Ego interim DEum rogare non deſiſtam, ut benevolum ſe & beneficum vobis præbens ea beneficia, quæ & maritis mortuis & mihi tribuiſtis, vobis retribuat, memorem ſic & gratum animum vov. 9. bis debitum, quo poſſum modo, demonſtratura. DEus ille omnis boni fons det vobis illis maritis jungi, cum quibus in matrimonio felici tranquillam vitam & jucundam vivere poſſitis. Quæ cum locuta eſſet, diſceſſura vale illis dixit cum osv. 10. culo. Quæ ipſæ ſine lacrimis & planctu non acceperunt. Et contra ſic illam allocutæ ſunt: Non ſic a Te avellemur. Te quocunque iveris, comitabimur. Tecum, quæ ad populum tuum reverſura es, ibimus. Non is eſt amor noſter in Te, qui v. 11. tui abſentis deſiderium ferre poſſit. Quibus Naemi reſpondens dixit: O meæ nurus, quas, ut meas filias merito amo, ne perſeveretis in ea ſententia, ſed redeatis ad veſtros. Nullam

lam causam, video, quæ vos impellat, ut mecum eatis, aut me moveat vos comites & socias habere. Non ea mea ætas est, ut filios in utero geram vestros maritos futuros. Re- vers. 12.
vertamini ergo, O mihi dilectissimæ nurus, quæ filiabus mihi cariores, redite, redite, inquam, domum vestram. Non sum apta viro per ætatem meam. Quid vero, ajat aliquis, Quid si hac nocte novo marito juncta, filios pareres? Sit ita: Quid v. 13.
vobis exinde lucri? Num expectabitis donec adolescant? Num tam diu sine maritis vivetis? Non sane o filiæ meæ. Doleo vicem vestram idque eo magis, quo minus vobis succurrere possum; propter multas magnasque calamitates, quibus, DEO sic volente, obruta sum. Quæ verba adhuc plures lachry- v. 14.
mas, majoremque ejulatum expresserunt atque Arpam eo deduxerunt, ut mutata mente socrum oscularetur illique ultimum vale diceret, ad sua reditura. Rutha vero propositi tenax ab illa avelli renuit. Huic ergo Naemi Arpæ exemplum in- v. 15.
culcavit hortans, ut cum illa in patriam ad suos DEOS & suam religionem reverteretur. Qui conatus tamen irritus fuit. v. 16.
Respondit enim: Frustra vires & verba consumis me a te depulsura. Non Te deseram, non revertar. Sic tibi persuadeas velim, me nunquam a te discessuram. Nocte dieque tibi adhæsero. Nihil profani aut sacri mihi a te sejunctum erit & le-
ges & religionem patriæ tuæ sequar. Mortis sepulturæque v. 17.
communis mihi tecum erit locus. Hoc tibi confirmo per DE- v. 18.
um, solam nos mortem separare posse. Quam constan- v. 19.
tiam invictam cum vidisset, oppugnare amplius noluit. Sed iverunt ambæ, Bethlehemumque pervenerunt. Ubi reditus illarum omnes incolas permovit, ut mirantes illam mulieres & gratulantes quærerent: Num hæc illa civibus omnibus amata
quondam & honorata esset Naemi? Sed non ferre potuit v. 20.
vocem Naemi illam jucunditatis indicem: Mara vocari maluit: DEum enim omni ablata jucunditate non vulgarem ipsi amarorem creavisse. Cum enim ditior abiisset, pauperem v. 21.

& egenam DEum ipsam reduxisse. Quare ergo, inquit, tot malis obrutam, & tot damnis a DEO mulctatam Naemi hoc
v. 22. est jucundam & amœnam vocitatis? Incidit vero reditus Naemi ex terra moabitica & Ruthæ illam comitantis adventus Bethlehemum in initium messis hordei, quæ messem tritici in illis regionibus antecedit.

Cap. II. Quo cum veniret Naemi præter reliquos cognatos & affines ad-
vers. 1. huc in vivis reperit virum mariti sui demortui cognatum, ex eadem cum Elimelecho familia oriundum. Hic omnibus copiis rei familiaris affluens, agri quoque ditissimus erat. No-
v. 2. men vero illi erat Boazo. Ruth autem Moabitis, cum otio tempus perdere nollet, petiit a Naemi socru sua, contra cujus voluntatem & nutum nihil agere solebat, ut sibi veniam daret abeundi rus collecturæ spicas in agro, si quem invenire posset, qui ipsi hanc facultatem daret. Quod illa lubens permisit.
v. 3. Cum itaque abiisset, in agro post messores spicilegium fecit. Devenerat vero divina providentia in agrum, qui erat Boazi, illius nempe, cui propinqua cognatione junctus fuerat E-
v. 4. limelechus. Qui etiam ex urbe Bethlehemo mox aderat, messoribusque salutem dicens DEum propitium in labore suo precatus est, illorumque preces pro incolumitate optata acce-
v. 5. pit. Videns vero puellam spicas colligentem ex famulo
v. 6. messoribus præfecto quæsivit, cujatis esset illa ipsa. Qui respondens refert, esse Moabitidem & quidem eandem, quæ cum
v. 7. Naemi ex terra moabitica revertente advenerit. Quæ petiverit, ut ipsi copia spicilegii faciendi daretur, quam cum accepisset ab aurora usque ad præsens tempus in labore perseveravisse, Esse hanc sedulam & solertem mulierem, quæ more
v. 8. delicatularum domi otiosa residens non torpescat. Quod cum non moleste ferret vir liberalis & egenis lubenter benefaciens blande compellatam in ejus agro subsistere jussit nec ad
v. 9. alios agros discedere, sed adhærere suis puellis. Si ex hoc agro, in quo tunc metebat, discessissent, observaret, quo se verterent,

verterent, illasque sequeretur. Se injunxisse suis famulis, ne ipsi molestiam crearent. Sitienti ad vasa, ex quibus sui biberent, accedere licere. v. 10. Hæc cum audivisset, reverentiam & honorem submisse illi exhibens dixit: Video Te, vir quovis honoris titulo dignissime, me non vulgari honore prosequi & mei pauperis rationem habere. Quod satis mirari nequeo cum nullis meis meritis aut officiis ad illam benevolentiam impelli possis, quæ peregrina sum hactenus tibi nec visa nec nota. Certior, respondit ille, certior factus sum de tua pietate tuisque officiis erga socrum tuam viduam, quam deserere nolueris, sed relicta patria terra & religione ad populum antea tibi ignotum perveneris. v. 11. DEus ille Optimus Maximus, quem Israelitæ Unum & Trinum colimus, ad quem tanquam ad portum & asylum confugisti, sit tibi propitius multisque & veris beneficiis te cumulet, quæ ita te gessisti, tuamque virtutem perfecto præmio, quæ ejus inexhausta benignitas & gratia est, condecoret. v. 12. Magnam, regerit illa, magnam esse tuam erga me benevolentiam, ex eo facile colligo, quod me egenam & inopem dulci solatio recreas, meumque animum blando tuo & amico sermone refocillas: Quam tanto magis veneror, quo minus me tanto honore dignam judico ne ancillis quidem tuis comparanda. v. 13. Cum deinde tempus cibum capiendi adesset, dixit Boazus: adesto, ut cum meis cibo præsente fruaris. Si buccellam tuam aceto tingere placet, hoc quoque facere licebit. v. 14. Cum itaque Rutha messorum cibum capientium lateri assedisset, ipse Boazus aliquid de tosto illi porrexit, & quidem ea copia, ut saturatæ aliquid supereresset. v. 15. Mox ad laborem illa rediit: Boazus vero famulis præcepit, ne etiamsi inter manipulos spicas colligeret, illam impedirent, aut ignominia afficerent. v. 16. Nec avare omnia corraderent, sed largius a mergitibus revulsa projicerent, quæ illa sine increpationis metu colligeret. v. 17. Sic illa in labore suo usque ad vesperam perstitit, excussisque, quæ collegerat, fere Epha hordei esse,

v. 18. esse, deprehendit. Postea ad urbem in humerum sublata affert, ut socrus, quid effecisset, videret. Cui etiam ostendit
v. 19. & dedit, quod ad satietatem edenti reliquum fuerat. Quæ cum scire cuperet, ubi & cujus in agro spicas collegisset & viro, qui tam benignum se ipsi præbuisset omnia prospera apprecaretur, certiorem fecit socrum de agro, in quo laborasset & de nomine viri, cujus ager esset, nempe esse illum Boazum.
v. 20. Tunc Naemi virum hunc dignum esse dixit, quem DEus propitius felicem redderet, cum mortuis in superstitibus illorum se benevolum & beneficum præbuisset; simulque retulit, hunc Boazum propinquum sibi esse, qui hæreditatem a mortuis relictum emere posset. Ruth vero narrabat illum voluisse,
v. 21. ut usque ad finem messis ejus se operariis comitem præberet.
v. 22. Rectius Naemi inquit, feceris, si cum ejus puellis fueris, ne
v. 23. in aliorum agris molesta tibi audias aut patiaris. Atque sic illa adhæsit Boazi puellis & apud eas spicas collegit, donec utraque messis & hordei & tritici finem suum caperet. Deinde mansit apud socrum suam, & domi, ut modestas mulieres decet, sua curans non curiosa alieni resedit.

Cap. III. vers. 1. Socrus vero Naemi, cum de commodis ejus cogitaret, perpenderetque suarum partium esse nurui juvenculæ de felici matrimonio prospicere, in quo tranquilla vivere posset, Hoc
v. 2. illi consilium dedit: Boazus, inquit, cognatus noster, cujus apud puellas & in in cujus agro collegisti, hac nocte hordeum
v. 3. in area ventilabit. Ergo cum lavata & uncta ornatissimo vestitu ornata fueris in aream te conferas, Cave vero ne agnoscaris a viro illo, dum adhuc cibum capiunt. Cœna vero finita, locum, ubi cubuerit, notes. Deinde accedas atque ad pedes ejus detectos procumbas. Hoc ipse cum senserit, quid tibi
v. 5. 6. faciendum sit, indicabit. Hoc consilio probato in aream
v. 7. se recipiens omnia socrus præcepta executa est. Cum enim Boazus cibo potuque refectus hilari animo ad extremum acervi cujusdam recubuisset, Rutha, quando eum obdormivisse putaret

taret, sensim accedens detectis pedibus ejus accubuit. Cum vero ad mediam noctem quievisset, vir ille evigilans horrore- que concussus, tactu, quæ circa ipsum erant, explorat, atque præter omnem opinionem mulierem ad pedes suos jacentem deprehendit. Mirabundus ergo, Tu quid es hominis? inquit. Cui illa respondet: Rutha sum ego, ancillam tuam quæ se fatetur. Si me in matrimonium receperis, nihil contra jus admiseris: iisdem enim, quibus maritus meus mortuus, es ortus majoribus, ad quem jure quoque hæreditas ejus redit. Respondet huic Boazus: Merito tibi felicitatem precor a DEO, O! mulier filia magis dilecta mihi. Magna tua est virtus, quæ tantam pietatem socrui tuæ præstitisti, ut relicta patria illi adhæreres; sed major est hæc tua virtus, quod juvencula non juvenes, sive divites sive pauperes, tibi maritos quæsiveris; sed mihi jam seni ultra quindecim lustra progresso eum amorem præstiteris, qui non nisi casti animi index esse potest. Ne ergo de meo in te animo dubites. Quæ cupis, quantum possum, faciam: Sic enim omnes hujus urbis incolæ existimant, te esse omnibus virtutibus, quæ vestrum sexum decent, exornatam. Sed ne in malam partem interpreteris, si unum, quod res postulat, moneo. Attingo quidem maritum tuum consangvinitate, cur enim negarem? Sed est propinquior me, cui hæc vestra hæreditas jure debetur. Quiescas ergo hac nocte. Simul ac illuxerit, hæc causa ventilabitur. Si te animo lubente conjugem accipere voluerit, non impedire possum, quo minus id faciat, cum jura consangvinitatis prærogativam illi tribuant. Si vero noluerit, me maritum habueris, ego te conjugem. Hoc tibi per DEum immortalem promitto. Cubes ergo tranquillo animo, donec lucem nobis sol rediens reddat. Cum ita ad pedes ejus usque in matutinum cubuisset, surrexit cum primo diluculo, priusquam omnia dignosci possent. Voluerat enim Boazus, ne mulierem ad se in aream veniisse secumque pernoctasse resciscetur: Non enim solum malum, sed omnem

v. 8. Cum

v. 9.

v. 10.

v. 11.

v. 12.

v. 13

v. 14

vers. 15. etiam mali ſpeciem vitandam eſſe didicerat. Priusquam autem illam dimitteret, juſſit ut amiculum exhibitum teneret. Quod cum feciſſet illa, ſex hordei menſuris dimenſis illique impoſitis eam dimiſit. Paulo poſt ipſe Boazus quoque in urbem
v. 16. rediit. Rutha vero ad ſocrum cum rediiſſet, cupida illa de eo, quod factum eſſet, certior fieri, quæſivit, quo in ſtatu res ejus eſſent, num adhuc eſſet vidua orbata an novi mariti ſponſa? Cui Rutha omnia ordine nihil celans narravit. Liberalitatem quoque ejus celebravit, qui ſex hordei menſuras ipſi de-
v. 17. derit, cum noluiſſet, ut ſine dono aliquo ad ſocrum ſuam re-
v. 18. diret. Quæ cum audiviſſet Naemi, hortata eſt nurum, ut æquo animo exitum rei expectaret: Nam virum illum omni mora amputata eo ipſo die negotium hoc ad finem eſſe perducturum.

C. IV. Nec ſpes hortantem fefellit. Boazus in portam urbis, ubi ju-
v. 1. dicia Judæorum more habentur, venit, ubi expectavit, donec cognatus ille, ad quem Boazus hæreditatem pertinere dixerat, præterire vellet. Quem accerſivit voluitque, ut ſe in judicio
v. 2. ſiſteret. Qui nec difficilem ſe præbuit. Deinde viros ex ſe-
v. 3. nioribus civitatis legit arbitros & teſtes rei gerendæ. Quos cum etiam promptos & paratos inveniſſet, Sic verba fecit: Naemi illa, quam noſtis, uxor Elimelechi conſangvinei noſtri, ex regione Moabitarum rediit, ſed orbata, dolor! viro illo ſuo.
v. 4. Hæc agrum, qui fuit mariti ſui, vult vendere. Cum itaque proximus ſis cognatione, ne tuo juri aliquid detractum queri poſſes, tibi hoc aperire debui & volui, ut præſentibus incolis & ſenioribus civitatis noſtræ agrum illum emeres. Si tibi ergo placet & commodum eſt, emas, nihil impedio. Sin vero, indices, ut ſciam. Tibi jura DEI noſtri primas partes tribuunt ad emendum agrum. Poſt te vero ego proximus ero. Ego ve-
v. 5. ro, reſpondet ille, hunc agrum emam. Bene, inquit Boazus. Non ſolum autem a Naemi, ſed etiam a Rutha Moabitide mortui Machlonis vidua ager tibi emendus erit, & quidem

ea

ea conditione, ut ea in matrimonium ducta, filium, si DE-
us voluerit, gignas mortui nomen in ejus hæreditate, secun- vers. 6.
dum tenorem legis divinæ, propagaturum. Ad quæ, non
possum, respondet ille, hunc mihi agrum hac lege emere, ne
aliquid detrimenti res mea familiaris capiat. Tibi ergo in lo-
cum & jus meum succedenti agrum hunc emere licuerit. Et
quidem eam ob causam, quia ego sine molestia mea illum mi- vers. 7.
hi vindicare nequeo. Antiqua vero inter Israelitas lege DEI
nixa erat consvetudo, in rebus jure propinquitatis emendis &
permutandis, ut detracto calceo alteri dato contractus confir-
metur. Atque hic calceus erat loco testimonii inter Israelitas.
Cum igitur hæres ille jure suo cedens Boazo emendi facultatem v. 8.
dedisset, calceum detractum illi porrexit. Quo accepto v. 9.
Boazus seniores, & qui ex civibus aderant, sic allocutus est:
Vidistis & audivistis, viri honoratissimi, quid inter nos actum
& quomodo tota res gesta sit. Rogatos ergo vos volo, ut,
quando & ubi opus fuerit, testes hujus rei esse velitis, me sci-
licet, omnia, quæ Elimelechi, illiusque filiorum Chiljonis &
Machlonis fuerunt, legitime a Naemi Elimelechi vidua emisse.
Cum quoque Rutham Moabitidem Machlonis viduam uxorem v. 10.
ducam, ut per filium ex illa susceptum, nomen ejus quondam
mariti, consangvinei nostri, in hæreditate ejus propagetur, nec
memoria ejus in civitate patria deleatur, hujus quoque matri-
monii, ut testes esse velitis, obnixe rogo. Quod cum di- v. 11.
xisset, omnes, qui aderant in judicio, præcipue vero seniores
responderunt: Non est quod dubites de nostro officio. Sem-
per ubicunque opus fuerit, testabimur te omnibus legitime em-
tis Rutham uxorem in matrimonium tibi conciliasse. Cæterum
felici tuo successu læti tota tibi mente gratulamur, omniaque
fausta tibi precamur. DEus multa prole hoc matrimonium di-
tet, ut hæc mulier similis sit Leæ & Racheli ex quibus Israëli-
tarum populus ortus in tantam multitudinem excrevit, ut nu-
merari nequeat. Det quoque, ut rebus feliciter & egregie ge-

ſtis nomen tuum ſemper in urbe Bethlechemo celebre per ora
vers. 12. hominum feratur. Aut ſi ex tua tribu exempla afferri mavis: Sit familia tua ſimilis familiæ Perezi, quem Thamar Judæ peperit. Ut ejus poſteritas ſe longe lateque diffudit, ſic ex hac
v. 13. muliere tibi data poſteritas crescat, vigeat, floreat. Cum Boazus Rutham ſic in matrimonium ductam amore conjugiali
v. 14. complexus eſſet, concepit filiumque peperit. Quod ubi factum eſſet, mulieres cognatæ & vicinæ Naemi gratulantes dixerunt, laudandum eſſe DEUM, qui noluiſſet ipſi deeſſe in hunc diem hæredem paternorum bonorum, cujus nominis me-
v. 15. moria ſemper inter Israelitas ſuperſtes futura ſit. Hic tibi, dicebant: animum recreabit, in hoc tua ætas ingravescens conquieſcet, quippe quem nurus tui amantiſſima vel ſeptem
v. 16. filiis præferenda peperit. Naemi vero infantem acceptum in
v. 17. gremium repoſuit nutricis officio functura. Mulieres vero puello nomen imponere voluerunt, dicentes opus hoc eſſe, poſtquam Naemi nepos natus eſſet, atque dederunt illi nomen
v. 18. Obed. Hic fuit pater Iſæi patris Davidis. Hæc vero eſt ſeries
v. 19. poſterorum Perezi. Perezus genuit Chezronem. Chezron
v. 20. genuit Ramum; Ramus Amminadabum. Amininadabus
v. 21. genuit Nachſchonem; Nachſchon Salmonem. Salmon
v. 22. genuit Boazum, Boazus Obedem. Obedes genuit Iſæum, Iſæus Davidem.

SOLI DEO GLORIA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0154
DFG

בשׁ"ש

שמוש חטעמים

S.

MINISTERIUM ACCENTUUM EBRÆORUM

MONSTRATUM C L DICTIS S. CODICIS,

QUIBUS OMNIUM UTRIUSQUE TABULÆ DIACRITICÆ S. MEMBRORUM EXEMPLA EXHIBENTUR,

CUM ANALYSI BREVISSIMA,

EX QUA USUS ET EGREGIA ACCENTUUM UTILITAS AD OCULUM PATET, ITA UT QUI PAUCA HÆC COGNOVERIT, QUOD ETIAM SINE VIVO PRÆCEPTORE FIERI POTEST,

OMNEM EBRÆÆ INTERPUNCTIONIS DIFFICULTATEM SUPERAVERIT.

CUJUS

PARS PRIMA,

LXXIIX DICTA METRICA EXHIBET,

A,

JOHANNE FRANCKIO,

MEKLENB.

BRANDENBURGI - MECLENBURGICORUM, Sumtibus Hæredum FRANCKIANORUM.

Literis DOBBERTINIANIS. A. MDCCXXIV.

L. B. S.

Appendix I. Diacriticæ S. exhibet CLX. Dicta S. Codicis ex 23202. pasucis selecta, quæ continent exempla omnium & singulorum membrorum utriusque Tabulæ in Diacritica S. positæ & expositæ, atque sic totam accentuationem, quam vocant, ὡς ἐν συνόψει exhibent. Cum vero deinde accuratius rem perpenderem, deprehendi, ne quidem tot Dictis opus esse; sed paucioribus, nempe CL. idem effici posse. Quædam ergo illorum, quæ ibi posueram, omisi, & alia quædam addidi. Quæ nunc, & quidem cum analysi, quantum fieri potuit, brevissima, in conspectum tuum profero. Si quæris, quid me ad hoc institutum permoverit? paucis exponam.

1.) De Accentuatione nemo recte judicare potest, nisi totam rem accurate & solide perceperit. Cum vero exempla per totum Codicem S. dispersa, totus Codex S. evolvendus esset, si omnium membrorum exempla, cognoscere quis vellet. Qui labor & longus & molestus esset tam docentibus, quam discentibus. Unde facile fieri posset, ut discentes, quibus nec tempus nec sumptus suppetunt, deterriti, omnem de accentuatione curam abjicerent. His ut consulerem, hæc Dicta non sine magno labore collecta non solum proponere sed etiam resolvere volui, ita quidem, ut singula Dicta in Tabula disponerem, ad quod membrum Tabularum Diacriticæ S. singuli accentus referendi, monstrarem, rationemque redderem, cur accentus, qui adsunt, adhibiti. Adjunxi quoque Tabulam paradigmaticam utriusque accentuationis, ut sic ad singula membra Tabularum in Diacritica S. positarum exempla in promptu sint. Hæc dicta in unam summam collecta primam Paraschem non multum numero superant, adeoque tantum quin-

quageſimam quartam Pentateuchi partem conſtituunt; Totius Codicis S. vero centeſimam quinquageſimam ſextam fere partem: Cum tamen qui pauca hæc recte intelligit, deinde de omnibus accentibus illorumque conſecutione & valore rectius judicare poſſit. Poterunt ergo magno & operæ & temporis & ſumptuum compendio adhiberi.

2.) Malus ille genius ad orcum damnatus Satan non ſine omine vocatur. Quicquid enim boni reperitur, illud odit & oppugnat. Hoc videmus etiam in punctis illis, qui Ebræis טעמי vocantur, quorum uſum pervertere conatur, & quos variis modis oppugnavit. Cum itaque Diacritica S. legitimum illorum uſum proponat, ſummamque utilitatem in explicanda S. Scriptura monſtret, non mirum, ſi hæc quoque malorum odium ſentit. Inter alia imperfectionis ream malevoli illam ſiſtunt. Ad hos retundendos hæc Dicta & Tabulæ paradigmaticæ ex illis compoſitæ fecerint. Omnibus enim & ſingulis membris exempla appoſita videmus. Non ergo de certitudine harum regularum & obſervationum dubitari poteſt, ſed tuto illæ a diſcentibus adhiberi poterunt.

3.) Obſervavi a discentibus regulas non ſemper recte applicari, nec ſtatim exempla eo, quo debebant, referrii. Aliis, audio, diſplicere in Diacritica S. quod Dicta Appendicis I. ſine analyſi ſint poſita. Ut itaque illis errandi, his vero querendi cauſam adimerem, omnia illa reſolvere volui. Sic inoffenſo pede procedere & confirmato judicio deinde alia omnia rectius intelligere & reſolvere poterunt. Etiam ſine Præceptore totam hanc artem perceperint, dummodo ingenii non omnino ſtupidi pia conſtansque diligentia ad illam conferatur. Non præſupponitur tamen in illis, qui feliciter in hoc ſtadio currere volunt, nulla cognitio linguæ Ebrææ, Philoſophiæ & rerum Theologicarum: Qui enim in illis omnino hoſpes eſt, accentuationem fruſtra ſe aſſequi poſſe ſperat. Pauca hæc L. B. præfari lubuit, ut de meo conſilio Te certiorem facerem, Teque rogatum volo, ut omnia in meliorem partem interpreteris. Si non omnia, quæ in analyſi horum oraculorum affero, placent, juvandi tamen conatum non improbabis. Quod tuus candor me ſperare jubet. Si fortaſſe putas, quædam concinnioribus terminis efferri poſſe, memineris, non ſemper optima meditantibus occurrere, nec unum omnia ſtatim videre. Qui meliores conceptus aptioresque diſtinctiones ſubſtituere poteſt, illi merito gratulamur, non enim exiguam a diſcendi cupidis gratiam inibit. Vale.

Loc.

I.	֒	—	— Pf. 17, 14. Pf. 40, 6. Pf. 45, 8. Pfal. 62, 11. Pfal. 68, 20. Prov. 8, 13. Job. 11, 6.	α) ֭ [a) pf. 32, 7. pf. 75, 9. b) pf. 6, 3. pf. 28, 7. ε) ׀ ֒ — [a) pf. 39, 13. b) prov. 24, 24. γ) ׀ — ׃ pf. 109, 16.	׀ ֒ — pf. 7, 10. pf. 10, 14. pf. 75, 9. prov. 30, 9. Job. 11, 6.	α) — ׃ Pfal. XXXX, 6. Pfal. XXVIII, 7. Pfal. XXXII, 7. ε) ׀ — ׀ Pfal. XXXIX, 13.	׀ — pfal. 75, 9.	α) ׀ ֒ — pfal. 40, 6. ε) ׀ — ׃ pf. 10, 14.	— ׀ Pfal. 10, 14.
K.	֑	—	— Pfal. 4, 3. Pf. 7, 10. Pf. 27, 1. Pf. 32, 5. Pfal. 45, 3. 13. Pf. 74, 10. Pf. 89, 2. Pf. 109, 16. Pf. 118, 25. Prov. 8, 13. c. 25, 28. cap. 27, 22.	׀ — ׀ Pf. 45, 13.	׀ ֒ Prov. 8, 13.	α) — ׁ Pf. XIV, 1. Pf. XXIII, 6. Pf. LV, 24. Pf. LVI, 1. Job. XXXII, 6. β) — ׃ Pf. IV, 3. Pf. XXVII, 1. Pf. XXXII, 5. γ) — ׀ [a) Prov. XXVII, 22. b) Pfal. CIX, 16.	׀ — pfal. 4, 3.	α) ׀ ֒ — pfal. 27, 1. ε) ׀ — ׃ pfal. 56, 1.	
L.		ׁ	— ׁ Pf. 3, 5. Pf. 4, 3. Pfal. 5, 5. Pf. 6, 3. Pf. 18, 2. Pf. 32, 2. 5. Pf. 69, 2. Pfal. 89, 2. Pf. 119, 94. Job. 32, 6.	— ׁ Pfal. 19, 15. Pfal. 39, 13. Pf. 135, 4. c. 6, 14. c. 19, 10. c. 25, 28. Job. 24, 17.	׀ ֒ — Job. 24, 17.	α) — ֪ Pf. XXXXII, 2. Pf. XXXXV. 5. Pf. LIV, 5. Pf. LVI, 1. Pf. LXXIV, 10. Pf. CXIX, 84. β) — Pfal. XXXII, 2. Prov. III, 12. γ) — ׃ Pf. XXXII, 5. Pf. XXXIX, 13. Pf. CXIX, 52. δ) — ׃ Pf. XXXIX, 13. Pf. LXIX, 2. Prov. XXV, 28. ε) — ׀ [a) Pfal. XIX, 15. b) Pf. XXXXV, 8.		α) ׀ ֒ — pfal. 32, 5. ε) ׀ — ׃ prov. 3, 12.	
M.		ׂ	— ׂ Pf. 5, 5. Pf. 18, 50. Pf. 68, 36. Pf. 119, 52. Job. 11, 6. cap. 32, 6.	— ׂ Pf. 31, 22. — ׃ Pfal. 18, 1.	׀ ֒ — Pfal. 68, 36.	α) — ֪ Pf. CXXIX, 7. β) — ׃ Pf. V, 5. Pf. XIIX, 50. γ) — ׃ Pfal. CXIX, 52.			
N.		׀ ׀ ׀				׀ — Pf. III, 3. Pf. LXV, 2. Pf. LXVIII, 15. Pf. CXXXVII, 9. Prov. I, 9.			
O.	ׄ	—	— ׃ Pf. 45, 8. Prov. 6, 3.	— ׃ Pf. 90, 10. Pf. 125, 3, Pfal. 75, 9.	׀ ֒ — Pfal. 17, 14. Pf. 19, 15. Pf. 32, 5. Pfal. 39, 13. Prov. 27, 22. c. 30, 4. bis	α) ׀ — ׃ Pfal. CXXV, 3. Pf. LXXV, 9.	׀ ֒ — pfal. 90, 10.		
P.		— ׁ	— Pfal. 45, 3. Pf. 55, 24. Pf. 129, 7.	α) — ׃ Pfal. 74, 10. β) — ׁ Pf. 42, 2. Pf. 56, 1. γ) — ׁ Pfal. 119, 84.	— ׁ Pfal. 54, 5.	β) — ׁ Pfal. XC, 10. Prov. VI, 3. — ׃ Pfal. XXXXII, 2.			
Q.		— ׁ	— Pfal. 23, 6. Pfal. 55, 24.	α) — ׃ Job. 32, 6. Pf. 14, 1. β) — Pf. 56, 1. γ) — ׁ Prov. 3, 12.		α) — ׁ Pfal. XXXII, 2. β) ׀ — Pfal. XXIII, 6.			
R.		׀ —	— ׃ Pf. 3, 3. Pf. 137, 9. Prov. I, 9.	α) — ׃ Pf. 68, 15. β) — ׁ Pfal. 65, 2.		— ׃ Pf. LXV, 2. Prov. I, 9.			
S.	ׂ		— ׃ Pf. 18, 1. Pf. 40, 6. Pf. 54, 5. bis Pf. 68, 36. Pf. 75, 9. Pfal. 90, 10. Pf. 133, 2. Prov. 27, 22. cap. 30, 4. ter. Job. 3, 26. c. 24, 17.	α) — ׃ Pf. 10, 14. Prov. 8, 13. ε) — ׁ Pfal. 7, 10. γ) — ֪ Pfal. 125, 3. δ) — ׁ Pfal. 39, 13. Pfal. 150, 1. Prov. 30, 9.					

TABULA ACCENTUATIONIS METRICÆ PARADIGMATICA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0159
DFG

TABULA
ACCENTUATIONIS METRICÆ PARADIGMATICA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0160
DFG

	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.
	Domi-nus	Extraord.	Ordinarius	Extraordinarius	Ordinarius	Extraordinarius	Ordinarius	Extraordinarius	Ordinarius.	Extraordinarius
A.			pſ. 2, 7. pſ. 7, 10. pſ, 18, 1. 50. pſ. 19, 15. pſ. 68, 15. 36. pſalm. 109, 28. pſ. 116, 4. pſ. 129, 7. pſalm. 133, 2. pſ. 137, 4. pſ. 150, 1. prov. 3, 12. c. 6, 3. 14. c. 24, 24. Job. 3, 26. c. 24, 17. c. 33, 27.	α) pſ. 118, 25. β) a) pſ. 2, 7. pſ. 14, 1. 5. pſ. 23, 6. pſ. 31, 22. pſ. 45, 13. pſ. 119, 36. prov. 7, 7. c. 30, 4. 9. c. 31, 6. b) pſ. 32, 7. pſ. 62, 11. γ) pſ. 10, 14. prov. 19, 10. δ) pſ. 5, 7. ε) pſ. 39, 13. pſ. 40, 6. pſ. 55, 24. pſ. 65, 2. pſ. 75, 9. pſ. 135, 4. prov. 1, 9.	Pſ. II, 7. Pſ. V, 7. Pſ. XIV, 1. 5. Pſ. XVII, 14. Pſ. XIIX, 1. Pſ. XIX, 15. Pſ. XXIII, 6. Pſ. XXVII, 1. Pſ. XXXI, 16. 22. Pſ. XLV, 8. 13. Pſ. LXVIII, 15. 36. Pſ. LXXXX, 10. Pſalm. CIX, 28. Pſ. CXVI, 4. Pſalm. CXIIX, 25. Pſ. CXIX, 36. 52. Pſ. CXXIX, 7. Pſalm. CXXXIII, 2. Pſalm. CXXXVII, 4. 9. Pſalm. CL, 1. Prov. I, 10. c. III, 12. c. VI, 3. c. VII, 7. c. XXVII, 22. c. XXX, 4, 9. c. XXXI, 6. Job. III, 26. c. XI, 6. c. XXIV, 17. c. XXXIII, 27.	α) Pſalm. III, 3. Pſalm. LXVIII, 20. Pſalm. LXXXV, 1. Pſalm. CXXV, 3. Prov. VIII, 13. β) a) Pſalm. CIX, 16. b) Pſalm. III, 5. Pſ. IV, 3. Pſ. V, 5. Pſ. VI, 3. Pſalm. XVIII, 2. Pſalm. XXXII, 2. 5. Pſ. XLII, 2. Pſ. XLV, 3. Pſ. LIV, 5. Pſalm. LVI, 1. Pſ. LXIX, 2. Pſ. LXXIV, 10. Pſalm. LXXXIX, 2. Pſ. CXIX, 84. 94. Prov. XXV, 28. Job. XXXII, 6. γ) a) Pſalm. X, 14. b) Prov. XIX, 10. δ) a) 1) Pſ. LXV, 2. Pſ. CXXXV, 4. Prov. I, 9. 2) ℵ) Pſ. XXXIX, 13. Pſ. XL, 6. Pſ. LIV, 24. Pſ. LXXV. 9. ב) Pſ. XXVIII, 7. b) ℵ) 1) Pſalm. XXXII, 7. Pſalm. LXII, 11. Prov. 24, 24. 2) Prov. VI, 14. ב) Pſalm. XVIII, 50.	pſ. 2, 7. pſ. 4, 3. pſ. 5, 5. pſ. 6, 3. pſ. 14, 1. 5. pſ. 17, 14. pſ. 18, 1. pſ. 19, 15. pſ. 23, 6. pſ. 27, 1. pſ. 31, 16. 22. pſ. 32, 2, 5. pſ. 42, 2. pſ. 45, 3. pſ. 54, 5. pſ. 56, 1. pſ. 69, 2. pſ. 90, 10. pſ. 116, 4. pſ. 118, 25. pſ. 119, 84. 94. pſ. 133, 2. pſalm. 137, 4. pſ. 150, 1. prov. 3, 12. c. 6, 3. c. 27, 22. c. 30, 4. 9. c. 31, 6. Job. 24, 17. c. 34, 37.	α) a) 1) pſ. 3, 3. pſ. 10, 14. pſ. 28, 7. pſ. 32, 7. pſ. 39, 13. pſ. 40, 6. pſ. 62 11. pſ. 68, 20. pſ. 75, 9. pſalm. 109, 16. pſ. 125, 3. prov. 8, 13. c. 24, 24. 2) pſ. 68, 36. b) 1) pſ. 5, 7. pſalm. 109, 28. 2) pſ. 7, 10. β) a) 1) prov. 19, 10. pſ. 10, 14. 2) pſ. 3, 5. b) prov. 25, 28. γ) a) 1) Job. 32, 6. 2) pſ. 89, 2. b) Job. 11, 6. pſ. 12, 5. δ) pſ. 18, 2. prov. 1, 10.		a) pſ. 3, 5. pſ. 10, 14. pſ. 74, 10. prov. 19, 10. c. 25, 28. b) pſ. 89, 2. Job. 32, 6.
B.			pſ. 3, 3. pſ. 5, 7. pſ. 7, 10. pſ. 10, 14. pſ. 17, 14. pſ. 32, 7. pſalm. 45, 8. pſ. 62, 11. pſ. 109, 16. 28. pſ. 125, 3. prov. 8, 13. c. 24, 24. Job. 11, 6. pſ. 75, 9.	α) pſ. 30, 9. β) pſ. 6, 3. γ) a) pſ. 2, 7. pſalm. 14, 1. prov. 30, 9. b) 1) pſ. 133, 2. 2) pſ. 39, 13.	Pſ. 3, 3. Pſalm. 5, 7. Pſ. 6, 3. Pſ. 7, 10, Pſ. 10, 14. pſ. 17, 14. Pſ. 32, 7. Pſ. 39, 13. Pſ. 45, 8. Pſ. 62, 11. Pſ. 68, 20. Pſ. 75, 9. Pſ. 109, 16. 28. Pſ. 125, 3. Prov. 8, 13. c. 24, 24. Job. 11, 6.		pſ. 109, 16. pſ. 125, 3.		pſ. 17, 14.	
C.			pſ. 3, 5. pſ. 4, 3. pſ. 10, 14. pſ. 14, 5. pſ. 18, 1. pſ. 23, 6. pſ. 27, 1. pſ. 54, 5. pſ. 55, 24. pſalm. 56, 1. pſ. 74, 10. pſ. 75, 9. pſ. 89, 2. pſ. 90, 10. prov. 25, 28. c. 30, 4. Job. 32, 6.	α) pſ. 6, 3. pſ. 14, 5. pſ. 17, 14. pſ. 28, 7. pſ. 31, 16. 22. pſ. 32, 7. pſ. 40, 6. pſ. 42, 2. pſ. 116, 4. pſalm. 150. 1. pſalm. 2, 7. prov. 24, 24. c. 30, 9. δ) a) pſ. 118, 25. b) pſ. 69, 2. γ) prov. 6, 3. δ) pſalm. 62, 11. ε) a) 1) pſ. 119, 94. 2) prov. 31, 6. b) pſalm. 137, 4.	Pſ. 3, 5. Pſ. 4, 3. Pſ. 10, 14. Pſ. 14, 1. Pſ. 18, 1. Pſ. 23, 6. Pſ. 27, 1. pſ. 32, 5. pſ. 45, 3. pſ. 54, 5. pſ. 55, 24. pſ. 56, 1. pſ. 74, 10. pſ. 75, 9. pſ. 89, 2. pſ. 90, 10. pſ. 118, 25. prov. 25, 28. c. 27, 22. c. 30. 4. Job. 32, 6.	α) Pſ. XIX, 15. Pſ. XXXII, 2. Pſ. XXXIX. 13. Pſ. XLV, 8. Pſ. CXXXV, 4. Prov. III, 12. c. VI, 14. c. XIX, 10. Job. XXIV, 17. β) Pſ. II, 7. Pſ. V, 5. Pſ. XVIII, 50. γ) Pſ. LXV, 2. Pſ. V, 5. δ) Prov. I, 9. ε) a) Pſ. XL, 6. Pſ. XLII, 2. Prov. VI, 3. b) Pſ. CXXXVII, 4. ζ) Pſ. CL, 1. η) Pſ. XIV, 5.	pſ. 109, 16. pſ. 125, 3.	pſ. 135, 4.	pſ. 32, 5.	
D.			pſ. 5, 7. pſ. 14, 1. pſ. 17, 14. pſ. 18, 1. pſ. 23, 6. pſ. 27, 1. pſ. 45, 8. 13. pſ. 90, 10. pſ. 118, 25. prov. 1, 10. c. 6, 3. c. 27, 22. c. 30, 4. Job. 3, 26. c. 24, 17. c. 33, 27.	α) pſalm. 116, 4. β) pſ. 119, 36. γ) pſalm. 109, 28. δ) a) pſ. 31, 16. b) prov. 7, 7.	pſ. 7, 10. pſ. 45, 13. Job. 33, 27.	α) a) Pſ. XIV, 1. Pſ. XVIII, 1. b) 1) Pſ. XXXI, 22. 2) Pſ. LXVIII, 36. Pſ. CXIX, 52. Pſ. CXXIX, 7. Job. XI, 6. β) Pſalm. LXVIII, 15. γ) Pſalm. CXXXVII, 9. δ) Prov. VII, 7. ε) Job. III. 26.	pſ. 68, 36. Job. 33, 27.		Job. 33, 27.	
E.			pſalm. 85, 1.	α) prov. 8, 13. β) pſalm. 68, 20.	prov. 8, 13.	α) Pſalm. CXXV, 3. β) Pſalm. III, 3. γ) Pſalm. LXVIII, 20.				
F.			pſalm. 109, 16.		pſ. 109, 16.	α) Job. XXXII, 6.				
G.			pſalm. 89, 2.	α) pſalm. 32, 5. pſ. 90, 10.	pſ. 18, 1. pſ. 54, 5. pſ. 90, 10. pſ. 133, 2. prov. 30, 4.	α) Pſ. LV, 24.	pſalm. 90, 10. prov. 30, 4.	α) pſalm. 55, 24.	Prov. 30, 4.	
H.			pſalm. 28, 7. pſ. 40, 6. pſ. 68, 36. Job. 32, 6.	β) pſalm. 125, 3. γ) pſ. 17, 14. pſ. 40, 6. pſ. 45, 3. pſ. 55, 24. δ) prov. 6, 14. ε) pſalm. 68, 36. prov. 7, 7. Job. 33, 27.		β) Pſ. XVIII, 1. Pſalm. XXXX, 6. Job. XXXII, 6. γ) a) Pſalm. XXXXV, 3. b) Pſ. XVII, 14. Pſ. CXXV, 3. Prov. VI, 3.		β) Job. 32, 6.		

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0161
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0162
DFG

JESU FELICITER MODERANTE.

LOC. I. PS. II. 7.

Æternæ Messiæ υἱότης

I.)Intimatur. Ubi	א) actus - -	אספרה 10.	Enarrabo,
	ב) objectum - -	אל־חוק 9.	decretum *enarrabo*:
II.)Explicatur, ubi	א)θέσις, in qua	α)Subjectum -	יהוה 8.	Jehova, NB. *Jehova*
		β)Prædic. ubi	a) actus	אמר אלי 6.7.	dixit ad me:
			b) object.	בני אתה 4.5.	Filius meus Tu *es*:
	ב)κατάθεσις, ubi	α) Subjectum -	אני 3.	Ego
		β)Prædicat.	היום ילדתיך: 1.2.	hodie genui te.

1) A. 1. 2) A. 3. 3) A. 5. 4) A. 7. 5) C. 4. α. 6) & 7. Hi stant pro uno. Referri potest ad C. 6. β. Vid. 376. p. 288. 8) C. 7. 9. 9) A. 9. δ. 49. p. 250. 10) B. 4. γ. a.

De hoc vid. plura §. 376. p. 288. seqq. Diacrit. S.

LOC. II. PS. III. 3.

Sarcasmus malorum

I.)Intimatur. Ubi	א)Subjectum -	רבים 8.	Multi
	ב)Prædicatum	אמרים־לנפשי 6.7.	dicunt animæ meæ:
II.) Explicat. Ubi	א)actus negatus	α)in se	a)formaliter	אין ישועתה 4.5.	Non *est* salus
			b) ratione finis	לו 3.	illi
		β)originaliter -	באלהים 2.	in DEO
	ב)adjunctum. - -	סלה: 1.	perpetuo.

1)A. 1.

1) A 1. 2) A. 6. α. 3) E. 6. β. 4) N. 6. 5) R. 3. 6) A. 8. α. a. 1. & δ. 49. p. 251. 7) B. 3. 8) B. 5.

Major in 6. libere adeſt. Vid. §. 359. ad exprimendum πάθος indignantis & mirantis, homines eo dementiæ prolabi poſſe. De 5. juncta Vid. §. 92. & 213. indicat ardorem loquentium, qui hoc tanquam rem certiſſimam narrant, cum ſit falſiſſimum. In priori H. vox 6. diſtingvi potuiſſet. Sic actus & objectum ſ. terminus diſtingverentur: hic vero vox 8. eſt diſtincta, quo exaggeratur calamitas afflicti, a multitudine affligentium.

LOC. III. PS. III. 5.

Preces Davidis. Ubi

I. Actus	(א) inſtrumentaliter	- -	7. קוֹלִי	Voce meâ
habueris. Mihi sufficit, quod neutra sententia sensui S. S. officit Unde nec Tecum, nec cum ullo alio pugnavero. Displicet Tibi quoque in meis, quod eundem Dominum Minorem, Magnum & Majorem in Tabulis meis exhibeam. Quid vero, si idem Tibi hic responderem, quod Cicero olim suo Curioni: Si iniquus in me judex es, eodem ego Te crimine condemnabo? Seponamus tuam minimam & minorem distinctionem, quas ego in unam compingo. Quod mihi licuerit, cum non impediam, quo minus Tu illas separes: Quia ad sensum S. S. inveniendum perinde est. Ut ex superioribus patet. Videamus reliquas Distinctiones sub Silluco. Ego Magnum, Majorem, secundo-Majorem, tertio-majorem eundem exhibeo. Tu aliter loquens idem admittis: Nam in Tabula habes Magnum ⸗ eundemque ter repetitum. Sic qui mihi Magnus, Tibi quoque Magnus. Qui mihi Major, Tibi est Magnus repetitus. Qui mihi secundo-Major, Tibi est Magnus bis repetitus. Qui mihi tertio-Major, Tibi est Magnus ter-repetitus. Sic uterque sub diversis titulis eandem rem, nempe ⸗ ponit. Non ergo est, quod alter alteri displiceat. In verbis simus faciles, dummodo in rebus conveniamus. Si tua tironibus, non facessunt negotium, non video, quomodo mea possint. Si vero tituli illi cui sordent, omnes abjicere possumus, ut ego multos alios Ix. Diacrit. S. §. 269. Numeremus Distinctiones. Sic habebimus *Primam* quæ alias Minor; *Secundam* quæ alias Magna; *Tertiam* quæ alias Major; *Quartam* quæ alias secundo-major; *Quintam* quæ alias tertio-major; *Sextam*, quæ alias Maxima vocatur. Plures distinctiones non dantur. Quod ipse agnoscis Introd. in Accent. Prof. Cap. III. p. 24. 29. Quid ergo fiet de Minima tua? Hanc ll. cc. ad præcedentia commode referri posse putas. Sed eo ipso indicas, hanc classem separatim poni non esse opus. Si enim in Tabulis recte ponitur, hic minus recte negligitur. Si autem hic recte negligitur, in tabula non satis commode ponitur. Si hic ad præcedentia commode referri potest,

displicere non debeo, qui in Tabulis meis, Minimos ad primam retuli: Feci enim, quod commode fieri posse putas. Hactenus in verbali nostro dissensu parum differentiæ realis deprehendimus. Restant, in quibus reipsa dissentimus. Ponis ׀ ֚ Minorem Sulluci, pro quo adducitur Ps. CXXV. 3. Quod non miror, qui me ad eundem lapidem quondam impegisse memini. Cur enim non faterer? Sed priusquam plura de illo, de Prov. IIX. 13. quid sentiam, cognoscas velim. Est ille locus in quibusdam codicibus valde corruptus. Vera Lectio est, quam exhibet Berolinensis Codex גְּאֹה וגאון ׀ וְדֶרֶךְ וְע ופי תהפוכות שנאתי: Pro hac quoque lectione in Cod. Hallensi citantur duo MSC. & duo impressi Codices.

Totus Pasuetus sistit
Timorem Domini

I.) Explicatum
- (א) in se - יִרְאַת יהוה - Timor Domini
- (ב) effective - שִׂנְאַת רָע - *est* odisse malum:

II.) Applicatum ad πρᾶξιν ubi
- (א) Objectum
  - (α) reale
    - a) special. - גְּאֹה וגאון ׀ - Fastum & superbiam
    - b) general. - וְדֶרֶךְ רָע - & viam malam
  - (β) verbale - וּפִי תַהְפֻּכוֹת - & os perversitatum
- (ב) actus. - שָׂנֵאתִי: - odi.

(Quia Salomo sciebat pietatis esse odisse malum, oderat etiam malum

malum per μερισμὸν explicatum) Ex quibus conceptibus illorumque aptissima χέσει satis patet, nec aliam interpunctionem, nec aliam distinctionem hic locum habere, nisi omnia anomala esse statuere velimus, quod vitandum, ubi analogia locum habet. Ix. D. S. §. 225. Tum quoque ex Accentuum consecutione liquet, ⸗, quem quidam Codices habent, locum non habere. Nam α) sub ⸗ non datur |2⸗ nisi in titulis Psalmorum. β) Athnacho non servit ⸗ ubi præcedit |2⸗ γ) Nec ⸗ poni potuisset in penultima, si ⸗ adesset Ix. A. 6. α. Tab. Metr. Diacrit. S. & Introduct. in Accent. Metr. Cap. IV. §. 14. & exempla ibi citata: Quibus si addita fuerint Prov. IIX. 13. Ps. CXXV. 3. habebimus omnia exempla totius Codicis S. Hanc ob causam in Tab. Metr. D. S. ego sub Lit. F. hanc Lectionem secutus sum. Quam etiam retinere licuerit, donec meliorem solidioribusque rationibus nixam videam. Nunc ad Ps. CXXV. 3. venio. Cum primum ad Accentus animum applicarem, videbam etiam |2⸗ ad Distinctivos Silluci referri. Et cum id fieret a magno celebratissimoque Philologo, sequebar. Nec enim aliquid falsi subesse suspicari licebat. Postquam vero Concordantias Accentuum confeceram & Tabulas, quas Diacritica S. exhibet, construerem, ubi omnia mihi accuratius examinanda erant, deprehendi, nullum pro hoc |2⸗ exemplum adesse, nisi, quod Ps. CXXV. 3. huc pertinere, videri volebat. Revocavi ergo illud sub examen. Quod cum feciſſem, vidi ultima duo vocabula non construi, unde ordinarie distingvenda erant. Ob eandem rationem antepenultima distinctivum requirebat. Et quia ultima duo vocabula, quæ sistunt objectum & terminum α) uno conceptu efferri, aut β) ad sqq. referri non possunt; si vero distinctivus minor in penultima ponitur γ) omnia aptius cohærent, faciliusque in Tabulam coeunt, ut mox videbimus, illud & quidem jure, ut abitror, secutus sum. Quia in eodem exemplo |⸗ occurrit, de quo etiam diversa nobis sententia est, de illo quoque paucis agam, ut sic una, quod ajunt, fidelia

lia duos parietes dealbem. Putavi hactenus |— hujus loci esse Magnum Munachi superioris, ut ex Diacrit. S. Tab. Metr. Lit. E. patet. Atque sic particulam למען non ad omnia sequentia, sed tantum ad partem retuli, quod Tu quoque facis, sed alio modo: Sed muto factum: Re enim accuratius perpensa deprehendo |— h. l. esse Magnum Silluci, idque ob rationes seqq. α) Nullum exemplum reperio ϛε |— Magni sub—— β) etiam alibi in quinta sub Silluco voce occurrit |— nempe Job. XI. 6. ubi Actus & objectum distinguuntur, adeoque ordinarie actus ille sensum sistit absolutiorem. Vid. Diacrit S. §. 119. Si enim ֭ ibi Major statueretur, quam |— 1) Objectum divelleretur, quod non nisi ἀνομάλως fieret, contra D. S. §. 225. 2) Sic oratio esset ambigua. Nec enim sciremus, utrum ultima vox ad רע an vero ad רשׁ֭ referenda esset: Si vero |— Magnus Silluci statuitur omnia sunt clara & aperta. γ) Particulæ etiam alibi in quinta sui Domini voce sistunt sensum absolutiorem, unde & Magnum habent. Exempla dabit D. S. §. 138. δ) Conjunctio causalis refertur ordinarie ad totam illam causam, quam intimat, unde ordinarie quoque sensum absolutiorem sistit. Jam vero in dubio pro ordinario stat præsumptio. ε) Sic quoque majorem habet hæc vox ἐνέργειαν: Nam excitat hic majorem attentionem in auditoribus ad accuratius perpendanda sequentia Ix. D. S. §. 248. ζ) Habemus sic quoque aptissimos conceptus, quibus omnia efferri, ad se invicem referri, & in Tabulam redigi possunt. h. m.

Pr. Negatum impiorum in pios Dominium. Ubi

I.) Causatum, in q.
- (א) actus
  - α) in se
    - a) intimatur — כִּי — Propterea
    - b) explicatur — לֹא ינוֹח — non manebit
  - β) subjective — שֵׁבֶט הרשׁע — sceptrum impietatis
- (ב) objectum

α) in-

	α) intimatur	עַל - -	super	Pro
	β) explicatur	גּוֹרַל הַצַּדִּיקִים	forte justo-	לְמַעַן
II.) Causa	א) intimatur	- לְמַעַן	rum, Ut	in Cod. Hall. XIV. Codd.
	ב) explicatur			
α) in se u-bi	a) actus	לֹא־יִשְׁלְחוּ הַצַּדִּיקִים	non extendant	stant.
	b) terminus	- - בְּעַוְלָתָה	justi ad iniquitatem	
β) objective		- - יְדֵיהֶם׃	manus suas.	

Quæ omnia tam concinne cohærent, ut nesciam, quid hic desiderari possit. Corrigo ergo Tabulam Metricam D. S. ita, ut sub Lit. E. 8. Schalscheleth deleam; Et sub Lit. A. 8. γ. b. pro *semel* legam *bis* & exemplo ex Job. XI. 6. citato addam Psal. CXXV. 3. Quæ duo exempla similia sunt: quia 1) in voce quinta sistunt sensum absolutiorem 2) absente ֯ 3) data Majore. In eo quidem dissimilitudo est; quod in altero Minor Silluci sit ֮ in altero ֭ Ix. Tab. Metr. D. S. A. 6. α. Sed ratio ejus est manifesta, quia in altero Silluc laborat in altero non. Ut hic ׀ — in quinta est Magnus Silluci, sic etiam in quarta cum Minor est ֯ Ix. D. S. Tab. Metr. A. 6. β. b. Nam 1) omnia exempla, in voce quarta sensum absolutiorem sistere possunt. 2) Conceptus quos hic ׀ — Magnus suggerit, etiam sub aliis Dominis per alios Accentus indicantur. Utrumque una opera probari poterit. Distingvitur:

a) Subjectum & Præd. Psal. XX. 8. Ps. XXIX. 11. Ps. XXXXIX. 14. Ps. L. 6. Ps. LXVI. 7. Ps. CXXXXIII. 6. Job. XVI. 9. Sic. Gen. IIX. 5. Jer. XI. 4. Ps. CVI. 2. Prov. III. 19. c. V. 23. Conf. D. S. §. 118. 151. 152. 154. 156. 158.

b) Actus & objectum Pſal. VII. 6. Pſ. XXXXIV. 9. Pſal. CXXXI. 1. Job. XV. 23. cap. XXXII. 6. cap. XXXX. 23. Sic Prov. XX. 6. Job. XXXX. 4 Joſ. II. 23. Prov. XXII. 21. 29. cap. XXVI. 12. Conf. D. S. §. 119.

c) Actus & medium Pſ. X. 2. Sic. Joſ. XX. 9. Conf. D. S. §. 122.

d) Intimatio & intimatum Pſal. XIII. 2. 3. Sic Prov. II. 9. Pſal. XXXII. 6. Thren. V. 17. Conf. D. S. §. 138.

e) Deſcriptum & deſcriptio Pſ. XXXIII. 12. Pſ. CXXXXVI. 3. Sic Pſal. CXXXXVI. 5. Pſ. CXXXXIIX. 4. Prov. XX. 8. Eſth. I. 9. Conf. D. S. §. 131.

f) vox abſolute poſita Pſ. XXXXI. 8. Pſal. LXVII. 5. Pſ. LXXXIX. 3. Sic Pſ. CXXV. 2. Prov. XII. 6. Job. XXVIII. 5. Conf. §. 140. D. S.

g) Comparata Pſ. LII. 5. Sic Gen. III. 1. Conf. D. S. §. 132.

h) Diverſæ propoſitiones Pſ. LXXVII. 4. Sic. Prov. XXII. 17. Job. IX. 11. Conf. D. S. §. 191.

i) Adjunctum & actus Pſ. LXXXIX. 2. Pſ. LXXXXIV. 17. Prov. VI. 10. cap. XXIV. 33. Job. XXXVII. 12. Sic Job. I. 9. c. V. 19. c. XXX. 17. Conf. D. S. §. 128.

k) Cauſa & cauſatum Pſ. CXXXXIII. 11. Sic Prov. XX. 4. Conf. D. S. §. 120.

Hæc ſunt omnia exempla, quæ Introduct. in Accent. Metr. c. IIX. §. 7. p. 66. adducit, additis etiam illis, quæ ibi omiſſa. Quæ cum commodos conceptus admittant, quales etiam ſub aliis & per alios accentus indicantur, non video, cur | ̲ non queat eſſe Magnus Silluci. Præterea 3) Quorundam exemplorum ea eſt conditio, ut neceſſario Magnum in quarta requirant. Pſ. LXXXIX. 3.

שמים | תכן אמונתך בהם׃

Cœlum quod attinet | | firmaſti veritatem tuam | in illis | | |

Alia

Alia distinctio hic locum non habet Ix. Diacrit. S. §. 140. Si enim ‿ hic major statueretur, quam | Distinctio plane irregularis foret. Quæ tamen absque necessitate, quæ hic nulla, non admittanda Ix. D. S. §. 225. Ne dicam nullum simile exemplum dari in S. Codice. Idem judicandum de reliquis exemplis sub Lit. f.

Psal. CXXXXVI. 3. בבן־אדם | שאין לו תשועה׃

Ne confidatis filio hominis | | cui non est ipsi | salus.

Aliam distinctionem non patiuntur hæc verba, nisi omnia turbare velimus. Quæ enim ratio nos cogit descriptionem divellere partem descripto connectentes, partem alteram per se distingventes, aut, ut anomaliam statuamus, ubi analogia locum habet?

Psal. LXXVII. 4. אשיחה | ותתעטף רוחי סלה׃

Meditor | | & obruitur spiritus meus | perpetuo.

Hic habemus duas diversas propositiones, quæ ordinarie distingvuntur Ix. D. S. §. 191. Quod hic quoque necessario fit: quia diversum habent Subjectum. Nec video, quomodo divelli posterior possit ejusque pars ad priorem referri. Contrahuntur quidem interdum propositiones Ix. D. S. §. 216. Tunc vero propositiones illæ sunt ejusdem Subjecti. Diversi subjecti Propositiones distractas reperire non potui.

Job. XXXX. 23. יבטח | כי־יגיח ירדן אל־פיהו׃

Confidit | | q. hauserit Jordanem | ore suo.

Si hic ֒ major ſtatuitur, quam ׀ h. m. Confidit ׀ q. hauſerit Jordanem ׀ ׀ ore ſuo ׀ ׀ ׀ אתו פיהו referendum eſſet ad רבמיח. Unde ſenſus non ſolum diverſus & alienus; ſed etiam plane abſurdus: Quia affectus non ſunt oris aut corporis; ſed animæ. Ut ex Phyſicis notum. Deinde quoque ſic divelleretur Objectum, parte ad verbum relata, parte per ſe diſtincta. Quæ anomalia ſine urgente cauſa, cujus hic nulla veſtigia, non ſtatuenda. Præterea quoque hic duæ ſunt propoſitiones, quæ rectius diſtingvuntur. Vid. D. S. §. 191. 225. Plura non addo, ne juſto longior ſim. Ex his enim facile colligitur ׀ ֒ in voce quarta eſſe Magnum Silluci, quando ֒ in ſecunda eſt Minor præſente ֒ Non equidem negavero, quædam exempla aliam diſtinctionem admittere potuiſſe, ſi Spiritui S. ſic placuiſſet: ſed & illud fatendum eſt, Ix. ea exempla, quæ ordinarie & neceſſario diſtingvuntur, judicandum eſſe de reliquis, quæ libere aut extraordinarie diſtincta. Alias nihil certi de hoc ׀ ֒ tradi poſſet. Nec obſtat, q. Schalſcheleth ſub ֒ bis Pſ. LXV. 2. Pſ. LXXII. 3. Sub ֒ bis Pſal. XXXIV. 8. Pſal. LXIIX. 15. ſub ֒ quater Pſal. III. 3. Pſal. CXXXVII. 9. Prov. I. 9. c. VI. 27. minorem conſtituat, cum exinde non ſequatur omne Schalſcheleth eſſe minoris conditionis. Eſt ibi a) ſub aliis Dominis mediatis nempe ֒ ֒ ֒ b) in alia voce ſui Domini immediati, nempe ſecunda c) in alia verborum connexione, unde non mirum, ſi alia quoque ejus ſors eſt. d) Nec ſolum Schalſcheleth eam diverſitatem patitur; ſed etiam alii v. g. ֒ ֒ ֒ qui nunc minoris, nunc majoris dignitatis ſunt, quod teſtantur exempla quæ exhibet Introd. in Accent. Metr. C. IV. §. 21. ſeqq. C. VI. §. 16. Cap. VII. §. 10. Quod cum ibi concedatur, hic negari nequit. De ֒ in quarta & quinta voce Silluci, quid ſentiam, patet ex D. S. §. 333. 5. Diſſentit Introd. in A. M. c. VII. §. 13. p. 63.

Non

Non indignor, Cum ego ab aliis hic dissentiam, aliis quoque a me dissentire licet. Rationem tamen meam accipere non gravaberis. Ea vero hæc est, quod vox illa, in qua stat ־ semper absolutiorem sensum fixtat, quam vox secunda. Ps.LIIX.3. habemus hæc. : בּאֹרֶץ חָמָס יִרְיכֶם תְּפַלְסוּן Si hic ad ־ majorem, quam ad ׀ posuerimus α) cohærebant ea, quæ minorem cognationem habent, nempe adjunctum & objectum: separantur, quæ majorem cognationem habent, nempe objectum & actus. Objectum & actus, immediate cohærent; adjunctum & objectum mediate nempe mediante actione. Objectum pertinet ad intrinsecam rationem actionis transitivæ; omnia adjuncta vero extra essentiam cujusvis rei reperiuntur & sunt accidentalia. Essentialia vero arctius cohærere quam accidentalia, quis negaverit? β) Deinde quoque plane ἀναμάλως non constructa hic cohærerent: quia nullum habent vinculum resecto ab illis verbo. Unde illud ad בּאֹרֶץ retrahendum esset h. m. In terra *libratis* injuriam manuum vestrarum | libratis *inquam* | | Si vero in בּאֹרֶץ major distinctio ponitur, cohærent omnia analogice h. m. In terra | | injuriam manuum vestrarum | libratis | | |. Pro analogis vero in dubio semper stat præsumptio. Sic Ps. XXX. 1. Sub ־ Titulus Psalmi generalius ponitur, qui in seqq. specialius explicatur h. m. Titulus Psalmi.

I.) Ponitur generalius - - מִזְמוֹר

II.) Explicatur specialius, ubi
- א) finis שִׁיר־חֲנֻכַּת הַבַּיִת
- ב) autor - - לְדָוִיד

Ut non opus sit hic quærere, quid sit מִזְמוֹר שִׁיר cum

non cohæreant. Idem de reliquis quatuor locis monſtrari poſſet, niſi prolixitatem fugerem. Introd. in A. M. c. VI. §. 21. p. 57. vult loco ֤ in tertia Athnachi interdum poni ֣. De quo alia mihi mens eſt, ut Tabula mea Metrica monſtrat. Adducuntur tria quidem exempla: Sed illa aliter reſolvenda Pſ. XXXXV. 8. Paſer ille eſt ſubdiſtinctivus minor Munachi illius, qui ad אלהים poſitus Athnachi Minor eſt. Quod ex eo colligitur, quia non præcedit ֥ ne dicam quosdam Codices Athnachum plane non habere, ſed pro eo Tiphcham anteriorem. Sed de hoc loco plura dabit Artificium Artis Abichtianæ §. 51. p. 50. Hic tantum ponam totum Paſucum in Tabella, ex qua veritas eo magis patebit.

Eſt hic vero ἀναμαρτησία Meſſiæ

Sic etiam Codex Hallenſis, cum XXIX. illis, quos ſequitur.

I.) in ſe ratione
- א) boni - אָהַבְתָּ צֶדֶק — Amas juſtitiam
- ב) mali - וַתִּשְׂנָא רֶשַׁע — & odiſti impietatem

II.) ratione fundamenti
- א) poſiti, ubi
  - α) Prædicat. in quo
    - a) actus
      - 1) intimatur — עַל־כֵּן — Propterea quod (vel Quia)
      - 2) explicatur — מְשָׁחֲךָ — unxit Te,
    - b) objectum — אֱלֹהִים — O DEus!
  - β) Subjectum — אֱלֹהֶיךָ — DEus Tuus:
- ב) amplificati

α) a me-

α) a medio	=	שֶׁמֶן ששון	oleo lætitiæ *(unxit Te)*
β) a modo	=	מחבריך:	præ consortibus tuis

In hac Accentuum consecutione & ex illa orta dispositione quid desiderari possit, scire pervelim. De Ps. CIX. v. 15. etiam egi in Artif. A. A. lc. unde nec hic plura nisi Tabellam addo. Est ibi malitia

I.) Negativa	א) intimata	-	=	יען	Propterea
	ב) explicata, ubi				
	α) actus	זכר	לא	אשר	quod non meminit
	β) objectum	-	חסד	עשות	facere misericordiam:
II.) Positiva, ubi	א) actus	α) ponitur	a) in se	-	וירדף	Sed persequitur
			b) object.	עני ואביון	איש	virum pauperem & egenum
		β) exaggeratur ratione objecti			ונכאה לבב	& ægrum corde (q. *persequitur*)
	ב) finis.	-	-		למותת:	ut occidat.

Pro ואביון in Cod. Hall. unum MSC. & duo Codd. impressi stant.

Nec

Nec in hac Accentuum consecutione quid desiderari possit, scio. Unde ex hoc loco probari non potest ־ esse subdistinctivum Athnachi. Psal. LXIIX. 5. etiam ex corrupto Codice citatur. Et ־ ibi est Minor Tiphchæ, qui sub בערבות ponitur in Codicibus correctioribus, quem quoque connexio requirit. Nam per ־ quem nonnulli habent, verba שמו ביה quæ sunt descriptio לרוכב atque sic ad præcedentem propositionem pertinent, ab illa divellerentur & male ad sequentem propositionem referrentur. Et quid sibi vult ו in ועלזו si שמו ביה ad sequentem propositionem pertinet? Num lingvæ genius hoc patitur? Si vero ־ ibi adhibetur, omnia belle cohærent aptisque conceptibus in Tabulam coeunt, h. m. Est hic externa piorum lætitia.

Cum בְּעַרְבוֹת in Cod. Hallensi faciunt unum MSC. & V. impressa exemplaria.	I.) Verbalis, ratione	א) actus		שִׁירוּ לֵאלֹהִים		Canite DEO
		ב) modi		זַמְּרוּ שְׁמוֹ		Psallite nomini ejus:
	II.) Realis, ubi	א) antecedens, in q.	α) thesis, in q.	a) actus	סֹלּוּ	Parate viam
				b) finis ֯	לָרוֹכֵב בְּעַרְבוֹת	equitanti in desertis:
			β) ratio		בְּיָהּ שְׁמוֹ	In Domino *est* nomen ejus:
		ב) sequens.			וְעִלְזוּ לְפָנָיו׃	Et exsultate coram illo.

Nonne hic omnia plana & perspicua? Cur ergo ad alia, & quidem turbulenta prolaberemur. Est

Est adhuc aliud, de quo non eadem nobis mens est. Introd. in Accent. Metr. C. XV. §. 8. p. 99. putat | ⁀ vel ⁀ esse in tertia ⁊ | ⁀ distinctivum Minorem: Ego vero existimo illum Mahpachum esse Magnum ⁊ ⁀ ⁀ in quarta voce. Quia α) juxta communem sententiam | ⁀ præter servum, alios minores non habet, quam ego sequor, quia β) nullum exemplum reperire potui, quod necessario sic resolvendum esset. (γ) Vox illa in quarta sui Domini sensum absolutiorem sistere potest; Quod patet ex omnibus exemplis quæ pro thesi hac allegari possunt. Quæ sunt: Psal. X. 14. Psal. XXXXII. 9. Psal. XXXXIV. 3. Psal. LXIIX. 7. Psalm. XCII. 10. Psalm. CXVII. 2. Plura enim in S. Codice, quæ huc referri possent, non reperiuntur. δ) Et quamvis quædam libere sic distingvi possent, ut Introductio vult, alia tamen distinctionem magnam rectius requirunt, ut Psal. XXXXII. 9. Ubi Adjunctum, tanquam extra essentiale, rectius a verbo separatur quam verbum transitivum a suo objecto, quod ad intrinsecam ejus rationem pertinet. Sic Distinctio illa, quam Introductio statuit, foret anomala & versio talis requireretur: Interdiu | præcepit DEus | | benignitatem suam *præcepit* | | | Quod tamen non opus: cum juxta meam analysin, sic ordinarie verti possit: Interdiu | | præcepit Dominus | benignitatem suam | | |. In dubio vero pro ordinario pronunciandum. Psal. LXIIX. 7. distingvitur subjectum & prædicatum. Quæ Distinctio est frequentissima. D. S. §. 118. 151. 152. 156. 158. altera vero illa distinctio habet aliquid anomaliæ, dum Prædicati partes separantur. Idem valet de Ps. X. 14. & Psal. XXXXIV. 3.

Hactenus generaliora tractavimus, addenda quoque sunt specialiora quædam. Psal. XIV. 1. & Psal. LIII. 2. recte rejois ⁀ repetitum. Putas vero ⁀ ibi esse genuinum. Mihi quoque suspectus ille semper fuit. Tandem cum diu alium quæsivissem,

in Opitii Codice inveni ֯ quem genuinum esse arbitror: quia α) Consecutio Accentuum illum patitur, vel potius requirit Ix D. S. Tab. Metr. Lit. D. 6. α. a. β) Rbhiæ multa obstant a) ֯ laborans b) vox servi laborans. c) ֯ præsens. γ) Dispositionem ֯ quidem satis aptam suggerit; sed nec ֯ illam ineptum facit. Apponam illam ex Ps. LIII. 2. Hic corruptio hominis per peccatum originis ratione

I.) Intellectus	(א) intimatur, ubi	α) actus	אָמַר נָבָל	Dicit stultus	
		β) modus	בְּלִבּוֹ	in corde suo:	
	(ב) explicatur		אֵין אֱלֹהִים	non *est* DEus!	
II.) Voluntatis	(א) positive	α) in se	הִשְׁחִיתוּ	Corruperunt	
		β) effective	הִתְעִיבוּ עָוֶל	abominandam fecerunt iniquitatem;	
	(ב) remotive.		אֵין עֹשֵׂה־טוֹב:	non est qui facere posset bonum.	

Sic in Cod. Hall. ubi etiam duo Msc. & impressa quædam exemplaria pro hac allegantur.

Quod ultima verba non tam de actu, quam potentia explico, nemo miretur. Nam sic verba activa sæpius apud Ebræos adhiberi, Philologi non nesciunt: Hic vero ita fieri debere, patet ex seqq. ubi demum de actu agit, & per illum naturalem hanc ἀδυναμίαν probat. Sed hæc obiter.

Psal. XXXXII. 5. quid statuendum sit, ut video, dubitas. Alii asserere audent, hunc ֯ in וְאֶשְׁפְּכָה־ esse distinctivum. Quod tamen concedi nequit. α) Sic haberemus hic quatuor

tuor subdistinctivos ֑ quot nunquam, nisi sub solo Silluco occurrunt, & quidem rarissime, cum non nisi octo exempla invenire potuerim. β) ואשפכה עלי נפשי constituere unam propositionem & verbum שפך hic cum particula עלי construi, nemo, ut arbitror, negaverit. Si vero ֒ in אשפכה esset distinctivus, distingveretur verbum, non solum a suo objecto, sed etiam ab ipsa particula, cum qua cunstruitur, cujus distractionis nullum datur exemplum, nec ulla quoque ratio. Quid ergo? Sub ֒ vocis נפשי distingvit ֒ in עלי cum servo ֫ Ix Tab. Metr. S. 4. α. Cujus ֫ ad initium vocis עלי rejicitur ֫ vero locum toni occupat. Quia vero hic ֫ non in omnibus Codicibus occurrit Codices sunt conferendi. Conf. Diacrit. S. §. 262. in Mahpach p. 159. & Artif. Art. Ab. §. 50. γ) Hoc si secuti fuerimus omnia clara & aperta deprehendemus. Est hic desiderium templi frequentandi

I.) In se, ubi	(א) actus	α) causalis	אֵלֶּה אזכרה	Hæc recordor & effundo super me animam meam:	Pro ֫ in ואשפכה stat in Cod. Hallens. unum Msc. & IIX. impressa exemplaria.
		β) formalis			
		a) in se	ואשפכה עלי		
		b) objective	נפשי		
	(ב) finis	α) propinquior			
		a) in se	כי אעבר	Ut transeam in turba, & comiter illos (*in turba euntes*) usque ad domum DEI.	
		b) adjunctive	בתך		
		β) remotior	ארם		
	a) in se				
	b) terminative		עד־בית אלהים		

II.) ratione modi in cujus deſcriptione	(א) actus	בקול־רנה ותודה	Cum voce cantus & laudis *ut tranſeam* in multitudine feriantium.
	(ב) adjunctum	המון חוגג:	

(Cum nullum verbum in poſteriori H. reperiatur, repetendumeſt illud Ix. D. S. §. 76.) Ex hac diſpoſitione videmus omnia belle cohærere. Si vero ֗ in אשפכה eſſet Diſtinctivus, omnia erunt difficilia, ſi non plane inepta.

Locus Pſalm. LXIIX. 20. etiam dignus, qui hic examinetur. Codices hic variam lectionem exhibent. In voce penultima alii habent ֥ alii ֤ neutrum recte. ֥ ſervus locum non habet: quia α) ultimæ duæ voces non conſtruuntur, nec ϐ) tertia diſtingvitur. ֤ ſervus ob eandem rationem rejiciendus. Nec ֥ diſtinctivus locum habet, quia penultima non laborat. Quod opus eſſet Ix D. S. Tab. Metr. A. 6. ϐ. a. Recte ergo hic ֤ genuinum eſſe agnoſcit Introd. in A. M. c. IV. §. 14. p. 24. & C. VIII. §. 11. p. 66. qui ponitur Ix. D. S. Tab. Metr. A. 6. α. Cujus ſervus eſt ֯ Ix. E. 4. ϐ. לנו apud alios habet ֯ apud alios ֯ Quem horum agnoſcas, nondum vidi. ֯ locum non habet, quia nullum pro illo exemplum produci poteſt. Tum quoque anomalam redderet accentuationem, & repetendum aliquid eſſet ante vocem ultimam, quia ultima duo vocabula non conſtruuntur Ix. D. S. §. 220. ζ. p. 122. h. m. onus imponit nobis | | DEus ſalutis noſtræ *onus imponit nobis* | Selah. | | |. Quod tamen vitandum, quamdiu ordinarium habet locum: Nam pro illo ſemper ſtat præſumptio. Rectius ergo retinetur ֯ Ix. D. S. Tab. Metr. Lit. E. 6. γ.

Qui

Qui aptissimos conceptus suggerit, ut ex Tabella videbitur. Sub ברוך requiritur ֒ quem Dn. Jablonski in Textu, Hooght vero in margine habet Ix. D. S. I. 3. Quia nulla ratio pro ֒ quem Hooght in Textu habet, adest. Ix. D. S. I. 4. α. יום prius habet apud alios ֒ apud alios ֒ Quorum uterque locum habet Ix. D. S. B. 3. & 4. β. uter hic genuinus sit ex Codicum collatione, qui potest, colligat. Mihi placet ֒ qui sæpius adhibetur. Nunc videamus Dispositionem hujus Pasuci. Sistitur hic *DEus celebrandus* ubi

I.) Thesis in qua	(א) actus	-	ברוך ארני	celebrandus est Dominus
	(ב) adjunctum	-	יום יום	quotidie:
II.) κατάθεσις, ubi	(א) actus (α) in se	-	יעמס־לנו	Onus imponit nobis
	(β) subjective		האל ישועתנו	ipse DEus salutis nostræ.
	(ב) adjunctum.	-	סלה:	Selah!

Pro לנו quatuor Msc. & XII. impressa exemplaria ex Cod. Hallensi allegari possunt.

Quæ connexio & dispositio, nisi me omnia fallunt, satis concinna, unde non opus est, ullum horum accentuum κατάθεσιν reum facere. Servus Pasikatus juxta Introductionem in Accent. esset distinctivus minimus, unde etiam utraque vox distincto conceptu efferenda esset. Quem vero conceptum adhibebimus quo distingvantur voces idem significantes, quæ hic & multis aliis in locis occurrunt? Scio equidem quid responderi possit; cum autem ambigam, an opus sit, aliis meditandi spatium relinquam. Hæc est mea, de vexato hoc loco sententia. Si vero quis solidiora attulerit, promptus assensero.

Etiam de Pſ. III. 3. agendum erit. Hic ׀ֽ in ישועתֽה׀ ſtatuitur Magnus Munachi illius, qui in באלהים reperitur. Introd. in A. M. c. VIII. §. 12. Sed obſtat verborum connexio. Sic לו באלהים ſub unum conceptum redacta contradiſtingvenda eſſent voci ישועתו. Sed quis ille? Aut quid nos cogit anomaliam ſequi, cum analogia locum habeat? Rectius ergo ׀ֽ— ſtatuitur minor Munachi illius, qui in לו reperitur. Videamus omnia in Tabella:

Pr. Auxilium piorum negatum

I.) Intimatur, ubi	א) Prædicatum	-	רבים	Multi *ſunt*
	כ) Subjectum		אמרים לנפשי	dicentes animæ meæ.
II.) Explicatur, ubi	א) actus	α) in ſe	a) formaliter	אין ישועתה	non *eſt* ſalus
			b) ratione finis	לו	ipſi
		β) objective		באלהים	in DEO:
	כ) adjunctum.		-	סלה:	Selah!

Idque eo magis placet, quia etiam in ll. parallelis ſupra citatis, quæ ׀ֽ— habent, videmus, verba ſatis aptos conceptus ſuggerere, ſi ׀— illud ſtatuatur Minor ׀ֽ— —. Hæc quæque de hoc dicta ſint. Meliora qui dabit, huic palma dabitur.

Introd. in A. M. c. V. §. 12. p. 44. ſcribit ׀ֽ— ſub ׀— ad ſecundam non deſcendere, cum tamen §. 10. ipſa quatuor exempla in contrarium habeat. Quibus plura addi poſſunt. Ut Pſal. V. 11. Pſal. XXXXIV. 4. Pſal. LV. 22. Pſ. CIV. 29. Prov. IIX. 34. cap. XXIV. 12. c. XXX. 6. Quæ ſi ego recte intelligo, Tu quoque quid Tibi faciendum ſit, intelliges.

Introd.

Introd. in A. Prof. c. V. §. 43. p. 133. Eſth. VII. 8. retinet Sakeph in voce נִבְהַל Suſpenſum tamen Te tenet varia lectio. Quia Codices nonnulli habent ׀ Sed præter ea, quæ habet Diacrit. S. §. 253. p. 145. ſeqq. Pſeudophilus Abichtianus in addendis ad §. LIIX. octo rationes pro ׀ adduxit, quæ mihi adhuc placent, non obſtante ׁ ſub laborante. Quia etiam alibi immediate ſub Sakeph ׁ occurrit, etiamſi & Sakephi & ſervi & interdum etiam Rbhiæ vox laborat. Vid. Lev. XXVI. 25. Num. XVI. 28. Deut. IX. 5. c. XXI. 13. c. XXXI. 13. Jud. XIX. 8. 1. Sam. XIV. 16. 2. Reg. VI. 22. Jer. IIX. 7. c. IX. 1. c. XII. 12. c. XXIII. 19. c. XXX. 23. Joel. I. 11. Cant. VI. 10. Dan. VI. 27. Eſr. IV. 8. 9. Neh. XII. 18. 2. Chron. XXXIV. 3. &c. Hoc cum in Tabulis meis non ſatis clare expreſſum ſit, quod neſcio, an ſcribentis an vero imprimentis culpa factum ſit, in poſterum ſic legatur Tab. Prof. Lit. D. 6. γ. a. *tertia, cum ׀ vel ejus ſervus non laborat, ſæpius; cum laborat, rarius.* Video Te in Tab. Prof. in ultima claſſe, quæ alias Maxima dicitur, ſub Silluco ponere ׃ Sub ׀ vero ׀ & ׀ Cum tamen ׃ ſub Silluco tantum in Magna ſemel, & ſemel in Majore ſ. tertia diſtinctione occurrat. Sakeph vero ſub ׃ in ſecunda bis; in tertia ſemel, in quinta bis; in ſexta vero, quæ alias Maxima dicitur, nunquam. Sakephi magni nullum exemplum hactenus reperire potui. Diſtingvere quidem potes in Maximam totius artis, & Maximam hujus vel illius Paſuci & de poſteriori illud intelligere. Ubi me quidem habes aſſenſorem; ſed non omnibus hoc ſubolet; unde lectoribus negotium faceſſere poteſt. Hoc ut vitarem, quemlibet ad eam diſtinctionem retuli, in qua occurrit. Sub ׃ & ׀ ponis octo diſtinctiones in Tabulis. Quod miror cum non niſi ſex diſtinctiones reperire potuerim ſub ׀. ſub ׃ tantum quinque vidi. Utinam itaque exempla toties diſtinctorum poſuiſſes, ſi quæ habes,

habes. ⸗ in quarta & quinta distinctione Sakephi non vidi, ubi tu tamen illum ponis. |̣ ibi tantum sub Magno s. in secunda distinctione ponitur, cum tamen exempla ejus ad tres classes referri possint: Unum enim illum habet in Minore seu prima distinctione, quatuor in Magna s. secunda distinctione; duo in Majore seu tertia distinctione. Sub Tiphcha Tabula habet sex distinctiones, exempla vero quatuor tantum dant; nec ego plures vidi. Reperitur quoque differentia non exigua inter tabulam Generalem & speciales illas quæ per omnia capita dispersæ &c. Hæc omnia si ego recte capio, non satis cautus fuisti: si non capio, ipsa experientia discimus, tua lectori negotium facessere. Hoc si mihi, qui a juventute usque ad septuagesimum fere annum hoc saxum volvo, accidit, quid fiet incipientibus minusque exercitatis? Utinam ad meas Tabulas diligentiam illam tuam nunquam satis laudandam accommodasses, plus tam tuis, quam meis sectatoribus profuisses. Unum adhuc addendum, quod prius facere debuissem. Numeras etiam in Prosaicis voces, quod a me aliter fit. In metricis quidem hoc necessarium esse expertus sum: In prosaicis vero non opus est. Ibi potius ad numerum propositionum & distinctionum respicitur. Quamvis vero tua methodus etiam discentem ad metam deducat, fit tamen illud labore majore præcipue a priori, quam si ea, quæ Diacrit. S. θ. 42. seqq. p. 206. tradit sequeretur. Si quis cum his conferre voluerit ea, quæ habet Introd. in A. Prof. Cap. IV. videbit omnia illa exempla eo referri posse & in illis exemplis omnibus locum habere rationem in meis Thesibus allatam. Ut itaque tua exempla meis thesibus prosunt, ita meæ theses tuis exemplis. Cum vero mea brevius proponantur, facilius quoque discentes sese expedient. Quæ de periodis commentaris, etiam de tua diligentia testantur. Intelligis autem per periodum illud,

quod

quod Ebræis פסוק dicitur. Quod patet ex Introd. in Accent. Prof. Cap. III. §. 1. & exemplis adductis, inter quæ etiam reperiuntur, quæ non plenum ſenſum & propoſitionem, ſed tantum diſtinctum conceptum continent. Hæc tua qui meis in Diacrit. S. Præfat. p. 34. ſeqq. & §. 41. ſeqq. traditis junxerit, vix plura de hac materia deſideraverit.

Plura pluribus non addo. Hæc vero quæ adduxi, nituntur illis fulcris, quæ firmiſſima hic cenſenda. Quorum I.) eſt Codicum autoritas. Nullus enim accentus eſt agnoſcendus pro legitimo, niſi in Codice quodam reperiatur. Quid vero ſi genuinus ille in nullo reperiretur? Non id divina permiſit providentia. Qui codices plures contulerit, ſemper verum accentum inveniet, dummodo copia ſit codicum, & judicio, qui confert, polleat, ut verum a falſo diſtingvere valeat. II.) Analogia ſ. Accentuum genuina conſecutio, tam ordinaria, quam extraordinaria. Hanc qui recte non cognoverit, nec de Codicibus, nec de variis Lectionibus recte judicaverit. Utinam viri illi eruditiſſimi, qui Codicem S. ediderunt, aut edendum correxerunt, hanc rectius vel obſervaſſent, vel etiam cognoviſſent, ſic tot varias lectiones non haberemus: vidiſſent enim multos non tam annotandos, quam rejiciendos eſſe. Primus ille, quem Hooght in Metricis Pſal. I. 2. ad marginem ponit nempe ֽ ſub ֑ eſt ſpurius, quem analogia non patitur. Nec Pſal. II. 7. ſub אלי per analogiam ֽ qui in Textu, nec ֑ qui in margine reperitur, locum habet; ſed ſolus ֑ qui ibi in margine atque in Codice Berolinenſi habetur: Ille enim cum ֑ componi poteſt, neuter præcedentium. Pſal. III. 3. ֽ qui in margine eſt, in Textu ponendus erat, non ֑ quem analogia repudiat. Talia exempla plura, tam ex Hooghtio, quam aliis adduci poſſent. III.) Apta vocum connexio conceptuumque ad ſe invicem relatio. Hæc omnem legitimam accentuationem ſequitur, etiam anomalam.

Ubi ergo hæc deficit, accentus merito ſuſpectos habemus v. g. Pſ. V. 5. in Codice Hooghtii juxta accentus in margine poſitos haberemus hanc lectionem לֹא אֵל חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה Sed נ sub רשע non ſolum adeſſet contra analogiam, ſed etiam vocum connexio conceptuumque relatio hos rejicit. Verſio & diſtinctio hæc eſſet: Non DEUS volens | injuſtitiam Tu es | | Hic nemo non videt abſurdum eſſe actum a ſuo objecto divellere, & objectum cum ſubjecto diverſi caſus connectere, quæ non cohærent, nec apto conceptu efferri poſſunt. Unde facile colligitur, hos accentus irrepſiſſe. Solus ֽ illos convincere potuiſſet accentus iſtos eſſe ſpurios. Genuini ſunt hi: כִּי לֹא אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה Hos enim analogia patitur; hi aptos conceptus ſuggerunt: Habemus enim ſic α) actum a) intimatum כי b) explicatum לֹא אֵל־חָפֵץ רֶשַׁע β) Subjectum אָתָּה. Quæ verborum connexio aptiſſima. IV.) Dicta parallela. Ut enim regulæ ſunt conceptus generales ab his ſingularibus abſtracti, ſic etiam a poſteriori optime omnium exemplorum inductione probantur. Et hæc ſunt quaſi quatuor elementa Accentuationis. Hæc qui neſcit aut negligit, nunquam de accentibus recte judicabit, nec ſenſum S. Scripturæ genuinum aſſequetur. Præſupponitur vero rerum Theologicarum & Philoſophicarum, imprimis ejus Diſciplinæ, ad quam propoſitio vel a priori interpungenda vel a poſteriori reſolvenda pertinet, de quo etiam ſupra dictum. Quo plenior & accuratior hæc cognitio fuerit, eo facilior omnis hic labor erit. Sic enim apti conceptus diſpoſituris nunquam deerunt. Cur vero hæc? Num propter Te? Non ſane! Te enim ὁμόψηφον hic habeo. Propter hoſtes horum punctorum hæc ſcribo, qui omnes elabendi rimas quærunt, divinum horum punctorum originem ſummamque utilitatem agnoſcere nolentes. Quanquam & alii, ſi hæc neglexerint, ad metam optatam nunquam pervenerint.

Hæc

Hæc ſunt, quæ ad Te V. Pl. Rev. ſcribere volui, non ut contra Te pugnarem, ſed ut rationem eorum, in quibus a Te diſſentio, redderem, ne præjudiciis abreptus Tibi aut aliis aliquid ſtatuiſſe viderer. Et cum ego Te a me diſſentire, non ſolum æquo animo feram, ſed etiam gaudeam; Quia ſic anſam præbuiſti, ea, quæ dubia videbantur, clarius explicandi: non moleſte feres, me non eadem tecum in omnibus ſentire. Et quid mirum, quod Te non in omnibus ſequar, cum meipſum, ubi meliora video, qui meus in veritatem eſt amor, deſeram. Liceat ultro citroque dubia noſtra in medium proferre, dum illud ſalva charitate chriſtiana ſine alterius injuria fiat. Qui veritatem amat, omnia probat, quod bonum eſt retinet. Qui vero aliquid, non tam quia verum, quam quia ſuum eſt, defendit, veritatem nunquam aſſequetur. Quod a nobis abſit. Eos vero, qui artem oderunt, omniaque ejus myſteria rejiciunt, ne pili quidem faciamus. Glande quam frumento veſci qui malunt, quis iſtis ſuas delicias invideret? *Glande ſues læti redeunt* inquit Virgilius. Ament tenebras, qui lucem oderunt. Pergant. Devenient, quo digni ſunt, ut in explicatione S. Scripturæ, ubi ſe lynceos eſſe putant, ſint talpa cæciores. Nos interea, dum accentus negligentes magno conatu magnas nugas agunt, ſtudia noſtra in unum conferamus. Utinam vero coram colloqui poſſemus, ſic alteri alter ſcrupulos ſuos facilius eximere poſſet: Quod tamen loci diſtantia & mea ſenectus ſperare prohibet. Faciamus ergo quod poſſumus, ut vi unita fortius & felicius in arcem nobiliſſimæ & utiliſſimæ hujus artis penetremus, atque re rectius cognita ea tradamus, quæ ad certiorem ejus cognitionem faciunt. Sic demum proximo profuerimus: Quamvis ego de me in poſterum multa promittere non poſſim, præter ea, quæ confecta & ad prælum parata habeo: Senectutis pondere preſſus non procul

a ſepulchro conſiſto. Si Tibi minus annorum & plus virium eſt, gratulor, ſimulque longam vitam & integras vires opto, ut recta via incedens hac tua eruditione & diligentia diu multumque proximo prodeſſe queas. Illis vero, qui has apices ſincere amantes discere cupiunt, vigilax ſtudium, capax ingenium, ſagax judicium, ſine quibus hic parum efficitur, precabor. Quæ ut voti mei ſumma, ita & harum literarum finis erit.

Vale!

DICTA S. SCRIPTURÆ EXPLICATA vel ILLUSTRATA.
Paginæ litera a notatæ, in appendice, reliquæ in ipso commentario quærantur.

Genes.

Cap.	vers.	pag.
I.	1.	a. 11.
VII.	12.	284.
IX.	2.	92.
XI.	3.	265.
XII.	2.	284.
XVII.	16.	a. 5.
XVIII.	10.	a. 46.
	14.	ib.
XX.	2.	243.
XXIII.	17.	25.
XXXI.	47.	a. 11.

Exod.

IV.	15.	179.
IX.	22.	284.

Levit.

V.	4.	241.
XXVI.	26.	29.

Num.

V.	19.	240.
XXI.	13.	21.
	14.	312.
	27.	21.
XXX.	3.	241.

Deut.

Cap.	vers.	pag.
IV.	39.	156.
XXVII.	1.	14.

Jos.

X.	13.	21.
XXII.	22.	a. 17.

Judic.

VI.	24.	a. 11.
XIV.	3.	96.

Ruth.

Tota hist. a. 60. seq.

1. Sam.

VIII.	18.	230.
XXI.	9.	96.
XXIX.	8.	93.

2. Sam.

XIX.	35.	295.
XXIII	1.	a. 40.
	2.	a. 41.
	3.	a. 42.
	4.	a. 45.
	5.	a. 46.
	6.	a. 48.
	7.	a. 49.

):(

1. Reg.

Cap.	vers.	pag.
IV.	24.	74.
	31.	21.
	32.	ib.
	33.	ib.
XXII.	7.	96.

2. Reg.

VIII.	13.	93.

2. Chron.

XXXII.	7.	230.

Nehem.

IX.	33.	126
	34.	ib.

Esth.

VII.	5.	228

Job.

III.	10.	a. 4.
XXXIIX.	12.	a. 6.

Psalm.

IV.	8.	172.
XIV.	1.	208.
	6.	9.
XXII.	11.	a. 4.
XXXI.	3.	265.
XXXIX.	7.	88.
XLV.	8.	a. 43.

Psalm.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0343
DFG

Psalm.

Cap.	vers.	pag.
L.	1.	a. 17.
LVIII.	4.	a. 4.
LXIX.	27.	243.
XC.	4.	87. a. 48.
	10.	301.
CXXXIX.	14.	285.
CXLV.	9.	244.

Proverb.

V.	12.	85.
VIII.	22.	a. 7.
XXXI.	15.	250.

Eccles,

III.	18.	265.

Esa.

III.	1.	29.
	16.	250.
VI.	3.	a. 17.
VII.	8.	149.
IX.	5. al. 6.	a. 1. seq.
XXIIX.	26.	a. 122.
LXVI.	5.	a. 52.

Jerem.

IV.	22.	213.
XXXI.	20.	a. 55.
XXXIIX.	4.	126.

Thren.

Cap.	vers.	pag.
I.	1.	85.
	17.	265.

Dan.

I.	11.	a. 8.
IX.	27.	a. 57.

Mich.

II.	5.	a. 6.
	6.	ib.

Habac.

II.	4.	12.

Hagg.

II.	17.	126.

Matth.

V.	18.	3.
VI.	33.	276.
XXIV.	15.	a. 59.
	46.	11.
XXV.	35.	281.

Marc.

XII.	30.	11.

Luc.

XVI.	24.	246.
XXI.	20.	a. 60.
	35.	257.

Joh.

Cap.	vers.	pag.
III.	8.	286.
IV.	24.	11.
V.	30.	ib.
XVII.	3.	a. 39.

Actor.

IV.	19.	268.
V.	20.	ib.
	41.	293.
VI.	11.	241
VII.	22.	21
XV.	11.	17
XXVI.	22.	ib.

Rom.

I.	17.	11.
II.	4.	244.
III.	22.	18.
	23.	ib.
	24.	15.
XII.	12.	293.

1. Cor.

II.	2.	31.
IV.	8.	280.
V.	12.	8.
	13.	ib.

2. Cor.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0344
DFG

2. Cor.			Colos.			2. Petr.		
Cap.	vers.	pag.	Cap.	vers.	pag.	Cap.	vers.	pag.
V.	21.	18.	I.	14.	16.	I.	1.	18. 19.
VI.	10.	293.						
VIII.	7.	280.		1. Thes.			1. Joh.	
IX.	8.	ib.						
	11.	ib.	V.	16.	293.	II.	27.	11.
	Galat.			2. Thes.			Jacob.	
			I.	4.	19.	I.	20.	18.
III.	10.	14.				II.	15.	280.
	12.	17.		1. Timoth.			10.	14.
	Ephes.		VI.	6.	108.			
				18.	280.		Apoc.	
						II.	9.	280.
I.	7.	15.		1. Petr.		III.	17.	ib.
VI.	20.	19.	I.	9.	15.		18.	ib.

Dicta, quæ שמוש exhibet, ordine biblico posita sunt, adeoque facile inveniri possunt.

ERRATA
IN COMMENTARIO.

P. 9. l. ult. leg. durissimam pro clarissimam. p. 14. l. 4. πλαίσια p. κλαίσια. p. 18. l. 31. 2. Petr. p. 1. Petr. p. 25. l. 3. redundantem p. retundantem. l. 31. XXIII. p. XIII. l. ult. clericum p. clericus. p. 29. l. 5. Pluris p. plures. p. 80. l. 22. 14. 1. p. 41. p. 89. l. 7. amittit p. omittit. p. 93. l. 4. nec p. res. p. 126. quem p. quam. p. 135. ceciderint p. ceciderit. p. 142. adesset p. abesset. p. 152. l. penult. exitii p. exilii. p. 177. in vers. quietem p. quitem. p. 194. in vers. l. 3. quid p. quod. p. 198. l. 15.

l. 15. quia a Deo. p. quia Deo. p. 207. l. 10. aucupatur p. occupatur p. 208. l. 21. ἄ p. ὅν. p. 132. l. 10. ֵ p. ֶ. p. 254. א) b) 1) p. politica p. posita. p. 256. ִ p. ַ in חארם. p. 262. ִ p. ַ in אחר. p. 281. l. 2. ἐλεῶν p. ἐλεῶς. p. 330. l. 8. calascent p. calerent. p. 342. l. 7. noxa p. noxia. p. 344. l. 27. judicium p. judium. p. 345. l. 29. demandari p. demendari p. 347. l. 20. eo p. in. p. 350. l. 3. a fin. gingiva gingivæ p. gingivæ.

IN APPENDICE.


P. 22. l. 2. leg. concedant p. concedunt. p. 23. l. 7. ֶ post *accentu*. p. 39. l. 6. ἀιώνιος p. ἀιώνιον. p. 49. l. 9. ובאשׁ p. ובעשׁ p. 65. ֵ sub לחם & ֶ sub מבית. p. 87. ֵ sub למו. p. 115. l. 3. efferri. p. afferri. l. 5. 15. & 16. p. 16. & 17. p. 140. l. 12. relictam p. relictum. p. 141. l. ult. rescisceretur p. recisceretur. p. 163. in vers. celabo p. celebo.


Reliqua pro dexteritate sua corrigat benevolus Lector.


AD BIBLIOPOLAS & TYPOGRAPHOS.

Tradimus hic Commentarium B. Dn. Franckii in Ecclesiasten cum annexis; plura quæ adhuc possidemus promittentes, si operam nostram eruditis gratam acceptamve fuisse intellexerimus. Omnes Bibliopolas & Typographos monemus, ne quis nobis insciis vel invitis scripta B. Viri prelo subjicere conetur. Uti enim iniqvum foret, nobis suffurari, quæ jure hæreditatis possidemus; sic non absque dispendio id quisquam tentaverit, nos enim Hæredes soli ea, quæ ad scripta Franckiana illustranda & defendenda faciunt, in manibus habemus. Non autem avaros nos invenict, qui jus nostrum certo pretio sibi acquirere voluerit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0346
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0350
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0351
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0352
DFG

l. 15. quia a Deo. p. quia Deo. p. 207. l. 10. aucupatur p. occupatur p. 208. l. 21. ὦ p. ὄν. p. 132. l. 10. ֵ p. ֶ. p. 254. א) b) 1) p. politica p. posita. p. 256. ִ p. ֵ in האדם. p. 262. ִ p. ֵ in אחר. p. 281. l. 2. ἐλεῶν p. ἐλεῶς. p. 330. l. 8. calascent p. calerent. p. 342. l. 7. noxa p. noxia. p. 344. l. 27. judicium p. judium. p. 345. l. 29. demandari p. demendari p. 347. l. 20. eo p. in. p. 350. l. 3. a fin. gingiva gingivæ p. gingivæ.

IN APPENDICE.

P. 22. l. 2. leg. concedant p. concedunt. p. 23. l. 7. ֶ post *accentu*. p. 39. l. 6. ἀιώνιος p. ἀιώνιον. p. 49. l. 9. ובאשׁ p. ובעשׁ p. 65. ַ sub לחם & ֶ sub מבית. p. 87. ַ sub למי. p. 115. l. 3. efferri. p. afferri. l. 5. 15. & 16. p. 16. & 17. p. 140. l. 12. relictam p. relictum. p. 141. l. ult. rescisceretur p. recisceretur. p. 163. in vers. celabo p. celebo.

Reliqua pro dexteritate sua corrigat benevolus Lector.

AD BIBLIOPOLAS & TYPOGRAPHOS.

Tradimus hic Commentarium B. Dn. Franckii in Ecclesiasten cum annexis; plura quæ adhuc possidemus promittentes, si operam nostram eruditis gratam acceptamve fuisse intellexerimus. Omnes Bibliopolas & Typographos monemus, ne quis nobis insciis vel invitis scripta B. Viri prelo subjicere conetur. Uti enim iniqvum foret, nobis suffurari, quæ jure hæreditatis possidemus; sic non absque dispendio id quisquam tentaverit, nos enim Hæredes soli ea, quæ ad scripta Franckiana illustranda & defendenda faciunt, in manibus habemus. Non autem avaros nos invenict, qui jus nostrum certo pretio sibi acquirere voluerit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1029473358/phys_0353
DFG